¹²⁷ *Naturalis historia* X,139-140: Gallinas saginare Deliaci coepere, unde pestis exorta opimas aves et suoptē corpore unctas devorandi. Hoc primum antiquis cenarum interdictis exceptum invenio iam lege Gai Fanni consulis undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucre poneretur praeter unam gallinam quae non esset altilis, quod deinde caput translatum per omnes leges ambulavit. [140] Inventumque diverticulum est in fraudem earum gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis: multo ita gratiores adprobantur. § Non si capisce in cosa consista la scappatoia stando alle parole di Plinio. Per la legge Fannia non si poteva porre in tavola alcun volatile eccetto una gallina che non doveva essere stata ingrassata. Ma i galli, nutriti con cibi inzuppati nel latte per renderli di sapore più raffinato, erano anch'essi dei volatili, salvo che li facessero passare per galline asportando cresta e speroni, oppure che i cibi inzuppati nel latte fossero capaci - ma non lo erano - di castrarli e di farli somigliare a galline. Misteri interpretativi! Oltretutto, grazie al latino di Plinio, *quae non esset altilis* potrebbe magari tradursi con *gallina che non fosse grassa = che doveva essere grassa*, come ci permettiamo noi italiani di usare il *non* con il condizionale con finalità affermative anziché negative. Ma se la gallina doveva essere grassa, addio parsimonia nelle spese per le mense, perché ingrassare un volatile costa di più.

¹²⁸ Ho confrontato il testo di Gessner con due fonti latine, e ambedue riportano *induta*, non *inducta*. Anche la traduzione inglese (*Natural History*. Pliny the Elder. John Bostock, M.D., F.R.S. H.T. Riley, Esq., B.A. London. 1855), non corredata da testo latino a fronte, fa pensare a *induta*: "or if the cock, when treading the hen, has had a piece of fox's skin about his neck". - Il verbo *induo* significa indossare, far indossare, mettere addosso, mentre *induco* ha come eminente significato quello di introdurre, e solo in lontana istanza quello di indossare. Le ipotesi interpretative dei telegrafici spezzoni di Plinio possono essere le più caleidoscopiche, visto che stiamo navigando in un mare colmo di magia tutta da verificare. Per un parallelismo con l'appena citato potere difensivo del cibarsi del fegato di volpe, potrebbe essere esatto *inducta* nel senso di *aver mangiato* un pezzetto di pelle del collo della volpe, reiterando così l'attività alimentare dei gallinacei, visto che oltretutto è difficile immaginare dei galli che da soli si fissano addosso un frammento di pelle di volpe. Quindi potremmo accettare *inducta* traducendolo con *ingoiare*. Per la bile il discorso è identico: essi, usando per la terza volta la bocca, la bevono. Però... C'è sempre un però: i galli potrebbero benissimo strofinarsi la bile di donnola in qualche area del corpo. Insomma: un maquillage, uno scudo antidonnola. Oppure qualcuno gliela strofina addosso, così come qualcuno gli ha messo al collo un pezzetto di pelle di volpe a mo' di amuleto. Nel confronto del testo latino vince *induta* con un bel 3 a 1, per cui, senza emendare il testo, nella traduzione attribuiamo a *inducta* il significato primario di *induta*: mettere addosso. - Plinio *Naturalis historia* XXVIII,265-266: Gallinaceos non attingi a vulpibus, qui iecur animalis eius aridum ederint, vel si pellicula ex eo collo induta galli inierint; [266] similiter in felle mustelae; [...]

Electio. Ex gallis eligendi sunt pugnacissimi. Tales autem discernes quum usu atque experimento, tum signis etiam quibusdam, Florentinus. Gallinaceos mares nisi salacissimos habere non [386] expedit, atque in his quoque sicut in foeminis, idem color, idemque numerus unguium: status altior quaeritur, Columel.¹²⁹ Galli probantur lacertosi, Varro¹³⁰. *συνεστραμμένοι τὸς ὄγκους*, id est mole corporis contorta, Florentinus. Cristae sunt sublimes, sanguineae (rubentes, Varro. *φοινικόλοφοι*, Florent.) nec obliquae. Oculi ravidī vel nigrantes, Columella. *ravi vel nigri*, Varro. Galli sint *εὐχάροποι τὰς ὄψεις καὶ [malim ἢ] μελανόφθαλμοι*, Florent. Cornarius vertit, aspectum pulchrum habeant, pro *εὐχάρ. τὰς ὄψ.* Andreas a Lacuna, aspectu venusto splendent. Ego vocem *εὐχάροπον* Graecam esse non puto, sed *χαροπόν* tantum quae ravum significat: de qua multis egimus in leone. Rostrum breve, acutum, Varro. breve et aduncum, Columella. Palea rubra subalbicans, Varro. paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent, Columel. barba rosea, *γένειον ῥοδίζον*, Florentinus. Aures maximae candidissimaeque Columella. Collum varium aut aureolum, Varro. bene compactum et coloribus varium, (*Τραχήλους ἔχοντες εὐπαγεῖς, καὶ ποικίλοι [lego ποικίλους] τοῖς χρώμασι*.) Florent. Iubae variae vel ex auro flavae, per colla cervicesque in humeros diffusae, tum lata et muscolosa pectora,

SCELTA. Tra i galli sono da scegliere quelli estremamente combattivi. E sarai in grado di riconoscerli sia con la pratica e con l'esperienza che in base ad alcune caratteristiche, Florentino*. I maschi di gallinacei non conviene possederli se non sono estremamente lussuriosi, e anche loro come le femmine debbono avere la stessa colorazione e lo stesso numero di unghie: si richiede una statura piuttosto grande, Columella*. Sono apprezzati i galli muscolosi, Varrone*. *Synestramménoi toús ónkous*, cioè, di struttura corporea compatta, Florentino. Le creste debbono essere erette, sanguigne (rosse, Varrone; *phoinikólóphoi*, Florentino) e non debbono essere inclinate. Gli occhi *ravidī vel nigrantes* - giallogrigiastri o neri, Columella, *ravi vel nigri*, Varrone. I galli debbono essere *eucháropoi τὰς ὄψεις καὶ [preferirei ἔ - oppure] melanóphthalmoi*, Florentino. Janus Cornarius* traduce *eucháropoi τὰς ὄψεις* con debbono avere un bell'aspetto. Andrés Laguna* con debbono brillare per il bell'aspetto. Io ritengo che la parola *eucháropon* non sia greca, ma solo *charopón* che significa giallogrigiastro: su questo termine abbiamo trattato a lungo parlando del leone. Il becco deve essere corto, aguzzo, Varrone. Corto e adunco, Columella. Il bargiglio rosso soffuso di bianco, Varrone. I bargigli rossi soffusi di bianco che pendono come le barbe di persone attempate, Columella. La barba rosea, *ghéneion rodízon*, Florentino. Gli orecchioni grandissimi e bianchissimi, Columella. Il collo variegato o color oro, Varrone. Ben compatto e di colorazione variegata (*Trachélous échontes eupagheís, καὶ ποικίλοι [io leggo ποικίλους, accusativo] τοῖς chromasi*) Florentino. Le piume della mantellina variegata oppure giallo oro, sparse dal collo e dalla nuca fino alle spalle, poi petti larghi e muscolosi, ~~nonché dei muscoli (forse lacertosaeque)~~, ali robuste e simili a braccia, poi code lunghissime e ricurve con un

¹²⁹ *De Re Rustica*, VIII,2,9-10: [9] Gallinaceos mares nisi salacissimos habere non expedit. Atque in his quoque sicut feminis idem color, idem numerus unguium, status altior quaeritur; sublimes sanguineaeque nec obliquae cristae, ravidī vel nigrantes oculi, brevia et adunca rostra, maximae candidissimaeque aures, paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent; iubae deinde variae vel ex auro flavae, per colla cervicesque in umeros diffusae; [10] tum lata et muscolosa pectora, lacertosaeque similes brachiis alae; tum procerissimae caudae duplici ordine singulis utrimque prominentibus pinnis inflexae; quin etiam vasta femina et frequenter horrentibus plumis hirta, robusta crura nec longa sed infestis velut sudibus nocenter armata - Non conviene avere dei galli se essi non sono estremamente lussuriosi. Anche loro debbono avere lo stesso colore come detto per le femmine, lo stesso numero di dita, ed è richiesta una statura maggiore; la loro cresta deve essere eretta e sanguigna e non inclinata, gli occhi giallogrigiastri o neri, becco corto e arcuato, orecchioni grandissimi e candidissimi, i bargigli rossi soffusi di bianco che pendono come le barbe di persone attempate; inoltre le piume della mantellina debbono essere policrome o giallo oro, sparse dal collo e dalla nuca fino alle spalle; [10] poi petto largo e muscoloso, ali robuste e simili a braccia; code lunghissime e ricurve con un doppio ordine di penne che sporgono da ambo i lati; devono anche avere cosce grosse e irte, spesso, per le piume che si rizzano; le gambe devono essere forti, ma non lunghe, e armate minacciosamente quasi di spunzoni pronti all'offesa. (traduzione di Rosa Calzecchi Onesti, adattata da Elio Corti)

¹³⁰ *Resum rusticarum* III,9,5: Gallos salaces qui animadvertunt, si sunt lacertosi, rubenti crista, rostro brevi pleno acuto, oculis ravis aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo vario aut aureolo, feminibus pilosis, cruribus brevibus, unguibus longis, caudis magnis, frequentibus pinnis; item qui elati sunt ac vociferant saepe, in certamine pertinaces et qui animalia quae nocent gallinis non modo non pertimescant, sed etiam pro gallinis propugnent. - Bisogna scegliere galli lussuriosi, che si riconoscono se sono muscolosi, se hanno cresta rossa, becco corto, grosso e aguzzo, occhi gialli o neri, bargiglio rosso con tracce di bianco, collo screziato o color d'oro, cosce pelose, zampe corte, artigli lunghi, coda grande, piume folte; così, quelli che sono alti e cantano spesso, che sono resistenti nei combattimenti e che non solo non hanno paura degli animali nocivi alle galline, ma combattono anche in loro difesa. (traduzione di Antonio Traglia)

lacertos aequae (forte lacertosaeque <lacertosaeque>¹³¹) similes brachii, ~~(locus videtur corruptus. Suspicio post lacertosaeque comma aut punctum notandum. tum haec verba, Similes brachii alae, iungenda.)~~ Alae¹³² alae, tum procerissimae ~~Caudae~~ caudae duplici ordine, singulis utrinque prominentibus pinnis inflexae, Columella. caudae magnae, frequentibus pinnis, Varro. magnae et densae, Florent.

Femina vasta, et frequenter horrentibus plumis hirta, (pilosa, Var.) Crura robusta, nec longa, (brevia, Var.) sed infestis velut sudibus (spiculis solidis et bene mucronatis, Florent.) nocenter armata, Columella, crura squamosa, crassa magis quam longa Florent. Ungues longi, Varro. Praeterea laudantur qui elati sunt, ac vociferantur saepe, in certamine pertinaces, Varro. qui pugnam ipsi non auspicentur, sed aggredientibus aliis fortiter repugnent, et acriter de illis se ulciscantur, Florent. Et animalia quae nocent gallinis non modo non pertimescant, sed etiam pro gallinis propugnent, Varro. {Mores} <Mares> autem quamvis non ad pugnam, neque ad victoriae laudem praeparentur, maxime tamen generosi probantur, ut sint elati, alacres, vigilaces, et ad saepius canendum prompti, nec qui facile terreantur. Nam interdum resistere debent, et protegere coniugalem gregem: quin attollentem minas serpentem vel aliud noxium animal interficere, Columella¹³³. Et rursus, Non probo pugnacem, nec rixosae libidinis marem. Nam plerumque caeteros infestat, et non patitur inire foeminas, cum ipse pluribus sufficere non queat. impedienda est itaque procacitas eius ampullaceo corio, quod cum in orbiculum formatum est, media pars eius rescinditur, et per excisam partem galli pes inseritur: eaque quasi compede cohibentur feri mores.¹³⁴ Talibus autem maribus (gallinaceis vulgaribus) quinae singulis foeminae comparantur. Nam Rhodii generis, aut Medici propter gravitatem, neque patres nimis salaces,

doppio ordine di penne che sporgono da ambo i lati, Columella. Delle code grandi, con numerose penne, Varrone. Grandi e folte, Florentino.

Cosce grosse e irte di piume che spesso si rizzano (pelose, Varrone). Zampe robuste, e non lunghe (corte, Varrone) ma minacciosamente armate di spunzoni (armate di speroni duri e ben appuntiti, Florentino) come se fossero pronti all'offesa, Columella; zampe ricoperte di squame, più larghe che lunghe, Florentino. Dita lunghe, Varrone. Inoltre sono apprezzati quelli che sono alti e che cantano spesso, resistenti in combattimento, Varrone. Quelli che non sono i primi a dare battaglia ma che con forza respingono quelli che li aggrediscono, e si vendicano duramente di loro, Florentino. E che non solo non debbono temere gli animali che nuocciono alle galline, ma che combattano anche in difesa delle galline, Varrone. E i maschi, anche se non vengono addestrati al combattimento né alla gloria che consegue alla vittoria, vengono tuttavia giudicati di ottima qualità se sono alti, vivaci, vigili e pronti a cantare con maggior frequenza, e se non si spaventano facilmente. Infatti talora debbono opporre resistenza e proteggere lo stuolo coniugale: fino a uccidere un serpente minaccioso o un altro animale nocivo, Columella. E ancora: Non apprezzo un maschio bellicoso e di libidine litigiosa. Infatti per lo più molesta gli altri e non permette loro di accoppiarsi con le femmine, mentre nel contempo lui stesso non è in grado di soddisfarne parecchie. Pertanto bisogna frenare la sua libidine con del cuoio da otre, del quale dopo averlo foggato a tondino viene recisa la parte centrale, e attraverso la parte asportata viene fatta passare la zampa del gallo: e con questa specie di ceppo vengono messi a freno i suoi comportamenti aggressivi. A tali maschi (ai galli comuni) si procurano cinque femmine ciascuno. Infatti nella razza di Rodi* o della Media*, a causa del loro peso eccessivo, né i padri sono

¹³¹ Il brano in possesso di Gessner era corrotto, ma bisogna dargli una versione definitiva, che neppure Gessner è riuscito a emendare in modo confacente, come risulta dalla nota che segue.

¹³² Pagina 778 - *Emendanda vel addenda*: 386.13. omittit parenthesesim, et L. [Lege] similes brachii alae, tum procerissimae caudae duplici ordine, etc.

¹³³ *De Re Rustica*, VIII,2,11: Mares autem, quamvis non ad pugnam neque ad victoriae laudem praeparentur, maxime tamen generosi probantur, ut sint elati, alacres, vigilaces et ad saepius canendum prompti, nec qui facile terreantur. Nam interdum resistere debent et protegere coniugalem gregem, quin et attollentem minas serpentem vel aliud noxium animal interficere.

¹³⁴ *De Re Rustica*, VIII,2,14-15: Pumileas aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fecunditatem nec propter alium reditum nimium probo, tam hercule quam nec pugnacem nec rixosae libidinis marem. Nam plerumque ceteros infestat, et non patitur inire feminas, cum ipse pluribus sufficere non queat. [15] Impedienda est itaque procacitas eius anpullaceo corio, quod cum in orbiculum formatum est, media pars eius rescinditur, et per excisam partem galli pes inseritur, eaque quasi compede cohibentur feri mores. Sed, ut proposui, iam de tutela generis universi praecipiam.

nec foecundae matres, quae tamen ternae singulis maritantur: et cum pauca ova posuerunt, inertes ad incubandum, multoque magis ad excudendum raro foetus suos educant. Itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt ova generosarum, vulgaribus gallinis subiiciunt, et ab his exclusi pulli nutriuntur. Tanagrici plerunque Rhodiis, et Medicis amplitudine pares, non multum moribus a vernaculis distant, sicut et Chalcidici. Omnium tamen horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus, nostrates ediderunt. Nam et paternam speciem gerunt, et salacitatem foecunditatemque vernaculam retinent, Idem Columella¹³⁵. Huius igitur villatici generis non spernendus est redivus, si adhibeatur educandi scientia, quam plerique Graecorum, et praecipue celebravere Deliaci. sed et ii, quoniam procera corpora, et animos ad praelia pertinaces requirebant, praecipue Tanagricum genus, et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum, et Medicum, quod ab imperito vulgo litera mutata Melicum appellatur. Nobis nostrum vernaculum maxime placet, omisso tamen illo studio Graecorum, qui ferocissimum quaque alitem certaminibus et pugnae praeparabant. nos enim censemus instituere vectigal industrii patrisfamilias, non rixosarum avium lanistae, cuius plerunque totum patrimonium pignus aleae victor gallinaceus pycetes abstulit, Idem¹³⁶. Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagricos ac Medicos et Chalcidicos: qui sine dubio sunt pulchri, et ad praeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores, Varro¹³⁷.

¶ De certaminibus gallorum. Galli alii, nempe ferociore, quorum usus ad certamina futurus sit eliguntur: alii, nempe salaciores, ad

degli eccessivi copulatori, né le madri sono feconde, e tuttavia esse vengono maritate tre per ciascuno: e dopo aver deposto poche uova, essendo inette a covarle, e molto di più a farle schiudere, raramente allevano la loro prole. Pertanto coloro cui sta a cuore possedere queste razze per la bellezza del corpo, dopo aver raccolto le uova delle galline di razza le mettono sotto a quelle comuni, e da queste vengono allevati i pulcini che sono nati. I polli di Tanagra*, che sono per lo più di grandezza pari a quelli di Rodi e della Media, per il comportamento non si discostano molto da quelli comuni, come pure quelli di Calcide*. Tuttavia gli ibridi di tutte queste razze sono degli ottimi rampolli, e le galline nostrane li hanno generati dopo averli concepiti con maschi di provenienza straniera. Infatti posseggono l'aspetto paterno e conservano la salacità e la fecondità della razza nostrana, sempre Columella. Non bisogna pertanto disprezzare la rendita derivante da questa razza da cortile, qualora ci si avvalga della tecnica di allevamento abitualmente praticata da gran parte dei Greci e soprattutto dagli abitanti di Delo*. Ma anche costoro, dal momento che ricercavano corpi di alta statura e spiriti ostinati nei combattimenti, apprezzavano soprattutto le razze di Tanagra e di Rodi, e inoltre quelle di Calcide e della Media, che dalla gente incompetente, scambiando una lettera, viene detta Melica. A noi piace soprattutto la nostra razza nostrana, lasciando naturalmente da parte quella passione dei Greci che preparavano per le tenzoni e i combattimenti qualsiasi volatile molto focoso. Infatti ritengo sia conveniente procurare un reddito per un industrioso capofamiglia e non per un addestratore di volatili da combattimento al quale un gallo combattente vittorioso ha portato via quasi l'intero patrimonio, pegno di una scommessa a dadi, sempre Columella. Tuttavia nella scelta della razza non bisogna lasciarsi attrarre dai galli di Tanagra, della Media e di Calcide: essi senza dubbio sono belli e abilissimi nel combattere fra di loro, ma piuttosto improduttivi riguardo alla prole, Varrone.

¶ SUI COMBATTIMENTI DEI GALLI. Alcuni galli, ovviamente i più aggressivi, vengono scelti se il loro impiego sarà per i combattimenti: altri, ovviamente i più

¹³⁵ *De Re Rustica*, VIII: (2,12) Talibus autem maribus quinae singulis feminae comparantur. Nam Rhodii generis aut Medici propter gravitatem neque patres nimis salaces nec fecundae matres, quae tamen ternae singulis maritantur. Et cum pauca ova posuerunt, inertes ad incubandum multoque magis ad excludendum, raro fetus suos educant. Itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt ova generosarum, vulgaribus gallinis subiiciunt, ut ab his excusi pulli nutriantur. (2,13) Tanagrici plerunque Rhodiis et Medicis amplitudine pares non multum moribus a vernaculis distant, sicut et Chalcidici. Omnium tamen horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt, et salacitatem foecunditatemque vernaculam retinent.

¹³⁶ *De Re Rustica* VIII,2,4-5: Huius igitur villatici generis non spernendus est redivus, si adhibeatur educandi scientia, quam plerique Graecorum et praecipue celebravere Deliaci. Sed et hi, quoniam procera corpora et animos ad proelia pertinacis requirebant, praecipue Tanagricum genus et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum et Medicum, quod ab imperito vulgo littera mutata Melicum appellatur. [5] Nobis nostrum vernaculum maxime placet, omisso tamen illo studio Graecorum, qui ferocissimum quemque alitem certaminibus et pugnae praeparabant. Nos enim censemus instituere vectigal industrii patrisfamiliae, non rixosarum avium lanistae, cuius plerunque totum patrimonium, pignus aleae, victor gallinaceus pycetes abstulit.

¹³⁷ *Rerum rusticarum* III,9,6: Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagricos et Melicos et Chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri et ad proeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores.

implendas gallinas, ut paulo superius dictum est ex Columella, qui avium lanistas aliquando totum patrimonium hoc certamine perdere ait. Maxime pugnaces esse Tanagricos, Rhodios, Chalcidicos et Medicos, dictum est et paulo ante, et supra in B. Victi galli silere solent, canere victores, Cicero¹³⁸. Si gallus cum altero pugnans vincatur, idcirco non canit, quod ex illa mala pugna spiritus fracti illi vocem supprimant. Cuius offensionis verecundia confusus, in primam quanque latebram sese occultat. Is autem qui ex certamine victoriam reportarit, tum oculorum eminentia, tum cervice erecta simul et cantus contentione insolenter effertur, et triumphanti similis est, Aelianus¹³⁹. Lego apud Alexandriam aves haberi {monosiros} <monosiras>¹⁴⁰, unde pugnaces subnascantur gallinacei, si bis aut ter ovis incubarint, Caelius. Perdices et gallinaceos (Gallos et coturnices, Diosco.) pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis adiantis ramulis, Plinius¹⁴¹. Gallinaceis mox compugnaturis allium in cibis objicere solebant, quo acrius decertarent. Ex quo facetissime in veteri comoedia, ἔσκοροδισμένοϛ, id est allio pastus, pro vehementi ac nimis in pugnam proclivi dicitur quandoque, Caelius. Pergami omnibus annis

libidinosi, allo scopo di fecondare le galline, come si è detto poco prima deducendolo da Columella, il quale dice che gli addestratori di volatili perdono tutto il loro patrimonio con questo tipo di combattimento. Anche poco prima si è detto che sono estremamente combattivi quelli di Tanagra, di Rodi, di Calcide e della Media, e ancor prima nel paragrafo B. I galli sconfitti sono soliti tacere, i vincitori cantare, Cicerone*. Se un gallo viene sconfitto mentre sta combattendo con un altro, non canta in quanto la fierezza infranta da quel brutto combattimento gli fa perdere la voce. Turbato dalla vergogna di un simile scacco va a nascondersi nel primo buco che gli capita a tiro. Quello che dal combattimento ha conseguito la vittoria, sia con la prominenza degli occhi, sia tenendo il collo eretto non disgiunto da un accanimento nel cantare, si insuperbisce in modo arrogante ed è simile a un trionfatore, Eliano*. Leggo che nei pressi di Alessandria* ci sono le galline monosire* dalle quali nascerebbero dei galli bellicosi, anche se hanno covato le uova due o tre volte, Lodovico Ricchieri*. Ritengono che le pernici* e i galli (i galli e le quaglie*, Dioscoride*) diventano più combattivi se nel loro mangime vengono aggiunte delle frasche di capelvenere*, Plinio*. Erano soliti mettere dell'aglio nel mangime dei galli prossimi a combattere affinché combattessero con maggior accanimento. Da cui in modo assai scherzoso nella commedia antica talora si dice *eskorodisménos*, cioè, nutrito con aglio, per

¹³⁸ Già citato a pag. 383. - *De divinatione* I,34,74: Quid? Lacedaemoniis paulo ante Leuctricam calamitatem quae significatio facta est, cum in Herculis fano arma sonuerunt Herculisque simulacrum multo sudore manavit! At eodem tempore Thebis, ut ait Callisthenes, in templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt, armaque, quae fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa. Cumque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic adsidue canere coepisse, ut nihil intermitterent; tum augures dixisse Boeotios Thebanorum esse victoriam, propterea quod avis illa victa silere soleret, canere, si vicisset. - *De divinatione* II,26,56: Tu vates Boeotios credis Lebadiae vidisse ex gallorum gallinaceorum cantu victoriam esse Thebanorum, quia galli victi silere solerent, canere victores. Hoc igitur per gallinas Iuppiter tantae civitati signum dabat? An illae aves, nisi cum vicerunt, canere non solent? "At tum canebant nec vicerant: id enim est", inquires, "ostentum." Magnum vero, quasi pisces, non galli cecinerint! [...] - Ma lo afferma anche Plinio *Naturalis historia* X,47: Quod si palma contingit, statim in victoria canunt seque ipsi principes testantur; victus occultatur silens aegreque servitium patitur.

¹³⁹ *La natura degli animali* IV, 29: Un gallo sconfitto in un combattimento che lo oppone a un altro gallo non potrebbe più cantare; si sentirebbe troppo abbattuto nello spirito e andrebbe a nascondersi per la vergogna. Se invece vince, diventa spavaldo, rizza il collo e si dà le arie di un trionfatore. (traduzione di Francesco Maspero)

¹⁴⁰ A pagina 381 viene impiegato l'aggettivo al femminile, per cui pare doveroso usarlo anche in questo caso, visto che *aves* è femminile. Pagina 381: In Alexandria quae ad Aegyptum spectat, gallinae quaedam habentur monosirae, (ex quibus pugnaces oriuntur galli,) bis ac ter anno incubantes, post absolutionem scilicet pullis ipsis subtractis, seorsumque enutritis, Florentinus.

¹⁴¹ *Naturalis historia* XXII,62-65: [62] Aliud adianto miraculum: aestate viret, bruma non marcescit, aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est — tanta dissociatio deprehenditur —, unde et nomen a Graecis alioqui frutici topiario. Quidam callitrichon vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu. Tinguunt enim capillum et ad hoc decoquitur in vino cum semine apii adiecto oleo copioso, ut crispum densumque faciat; et defluere autem prohibet. [63] Duo genera eius: candidius et nigrum breviusque. Id, quod maius est, polytrichon, aliqui trichomanes vocant. Utrique ramuli nigro colore nitent, foliis felicis, ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt, omnia autem contrariis pediculis, densa ex adverso inter se, radix mula. Umbrosas petras parietumque aspergines ac fontium maxime specus sequitur et saxa manantia, quod miremur, cum aquas non sentiat. [64] Calculos e corpore mire pellit frangitque, utique nigrum, qua de causa potius quam quod in saxis nasceretur a nostris saxifragum appellatum crediderim. Bibitur e vino quantum terni decerpere digiti. Urinam cient, serpentium et araneorum venenis resistunt, in vino decocti alvum sistunt. Capitis dolores corona ex his sedat. contra scolopendrae morsus inlinuntur, crebro auferendi, ne perurant; hoc et in alopeciis. strumas discutiunt furfuresque in facie et capitis manantia ulcera. [65] Decoctum ex his prodest suspiriosis et iocineri et lieni et felle subfusis et hydropicis. Stranguriae inlinuntur et renibus cum absinthio. Secundas cient et menstrua. sanguinem sistunt ex aceto aut rubi suco poti. infantes quoque exulcerati perunguntur ex iis cum rosaceo et vino. — (Virus folii in urina pueri in pubis tritum quidem cum aphronitro et inlitum ventri mulierum, ne rugosus fiat, praestare dicitur.) — Perdices et gallinaceos pugnaciores fieri putant in cibum eorum additis, pecorique esse utilissimos.

¹⁴² *Naturalis historia* X,50: Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice editur ceu gladiatorum.

spectaculum gallorum publice {a}editur ceu gladiatorum, Plinius¹⁴². De hoc et coturnicum certamine Pergami Athenisque celebrari solitis, plura [387] retuli supra in Coturnice E.

una persona violenta e troppo incline alla zuffa, Lodovico Ricchieri. Tutti gli anni a Pergamo* a spese dello Stato viene allestito uno spettacolo di galli come se si trattasse di gladiatori, Plinio. Ho riferito parecchie cose a tal proposito e a proposito del combattimento delle quaglie, solitamente celebrati a Pergamo e ad Atene, nel paragrafo E relativo alla quaglia.

Pagina 387

Athenienses post victoriam eius belli, quod cum Persis gesserunt, legem constituerunt, quotannis ut certo die galli in theatro publice certarent: unde vero initium lex duxerit, dicam. Contra Barbaros cum Themistocles exercitum duceret, et gallos non ignaviter pugnantes animadvertisset, exercitum confirmavit, his verbis ad milites usus: At hi neque pro patria, neque pro penetibus, neque pro sepulchris maiorum, atque libertate, neque pro pueris mala sustinent: sed ut ne vincantur, neuter cedit alteri. Quae cum dixisset, Atheniensibus animum auxit. Itaque id factum, quod eis fuisset significatio (incitamentum) ad virtutem, ad similibus factorum monumentum servari voluerunt, Gillius ex Aeliani lib. 2. Variorum¹⁴³. Gallinacei volunt vincere, ut aliae animantes innumerae pro sola victoria contententes, Galenus lib. 5. de decretis Hippocratis. Vide etiam supra in D. Avium lanistae a Columella dicuntur, qui gallinas (gallos) parant, instruuntque ad certamen. qui mos hodieque durat apud Boëmos: ubi primores praeparant gallos gallinaceos pugnae quasi gladiatoriae, fiuntque sponsiones pretii non parvi, dum unusquisque pecuniam largam deponit, quam aufert dominus victoris gallinacei, Beroaldus. Circa Tarnasari urbem Indiae gallinaceos procerissimos videre memini: ex quorum sane acerrimis conflictibus summam voluptatem cepi. nam quotidie huic ludo per medios vicos Mahumetanorum animi causa opera dabatur, mirumque est Mahumetanorum pro hac re certamen. habent privi privos gallos gallinaceos, eosque committunt aliis, expositis quandoque pro alitum futura victoria utrinque aureis centenis singulo congressu. Conspicati sumus senis horis concertantes alites, nec prius illae

Gli Ateniesi, dopo aver vinto quella guerra che condussero contro i Persiani - II guerra persiana, proclamarono una legge per cui tutti gli anni in un giorno stabilito i galli combattessero pubblicamente in un teatro: e spiegherò da dove la legge ha preso il via. Temistocle*, mentre stava guidando l'esercito contro i barbari, avendo scorto dei galli che combattevano tutt'altro che pigramente, bloccò l'esercito e si rivolse ai soldati con queste parole: Ma costoro non stanno accollandosi delle avversità né per la patria, né per la casa, e neppure per i sepolcri degli antenati e per la libertà, né per i figli: ma al fine di non essere sconfitti, nessuno dei due cede all'altro. Non appena ebbe detto queste parole, incrementò il coraggio agli Ateniesi. E pertanto questo avvenimento, essendo stato per loro un segnale (un incitamento) al coraggio, vollero che venisse conservato come testimonianza di avvenimenti analoghi, Pierre Gilles* da *Variae historiae* libro II di Eliano*. I galli vogliono vincere, come innumerevoli altri animali che combattono solo per la vittoria, Galeno* libro V *In Hippocratis aphorismos commentarii*. Vedi anche prima, nel paragrafo D - a pagina 385. Da Columella* vengono detti *lanistae* coloro che preparano le galline (i galli) e le addestrano al combattimento. Una pratica che perdura anche oggi presso gli abitanti della Boemia*: dove le persone più eminenti preparano i galli a un combattimento come fra gladiatori, e si fanno delle scommesse di non poca entità, dal momento che ciascuno mette in pegno una grossa somma di denaro, che si prende il padrone del gallo vincitore, Filippo Beroaldo il Vecchio*. Nei dintorni di una città della regione del Tarnasari* in India mi ricordo che si possono vedere dei galli altissimi: e in verità ho ricavato un grandissimo piacere dai loro acerrimi combattimenti. Infatti tutti i giorni grazie all'indole dei Maomettani ci si dedicava a questo divertimento nel bel mezzo dei quartieri, ed è sorprendente la competizione fra i Maomettani a questo proposito. Ciascuno ha il suo gallo e lo fa combattere con gli altri, talora dopo aver

¹⁴³ *Varia historiae* Libri XIII - II,28: UNDE CERTAMEN GALLORUM GALLINACEORUM INITIUM TRAXERIT - Post devictos Persas, Athenienses lege posuerunt, ut galli gallinacei quotannis uno die certamen in theatro inirent. Unde vero sumpserit occasionem haec lex, planum faciam. Cum Themistocles civicum exercitum adversus barbaros educeret, gallos gallinaceos vidit pugnantes: neque ille spectatorem sese oscitantem eius pugnae praebuit. Sed totum exercitum cohibens, inquit ad ipsos: At hi neque pro patria, neque pro dijs familiaribus, neque vero pro avitis heroibus periculum subeunt, neque pro gloria, neque pro libertate, neque pro liberis: sed tantum, ne alter ab altero superetur, aut alter alteri cedat. Quibus verbis Atheniensium animum confirmavit. Quod ergo tunc eis incitamentum ad virtutem extitit, voluit ad similibus rerum et factorum memoriam sempiternam consecrare. (*Claudii Aeliani opera quae extant omnia Graece Latineque*, Tiguri, apud Gesneros Fratres, 1556, pagina 394 - Iusto Vulteio VVetterano interprete)

modum proelio faciebant, quam occubuissent, Ludovicus Romanus <Patritius>.

¶ M. Varro¹⁴⁴ principatum dat ad agros laeticandos turdorum fimo ex aviariis. proximum Columella¹⁴⁵ columbariis, mox gallinariis facit, Plinius¹⁴⁶. Gallinaceum fimum mulieres nostrae laudant pro betonica altili, quae in vasis colitur: non item ad alia, quod multae inutiles herbae ex eo nascantur. ¶ Qui piscandi scientiam in Macedonia tenent, ut pisces quosdam fluviatiles variis distinctos coloribus, (poecilias¹⁴⁷ puto Graece legi, sic dictos pisces) qui muscis in fluvio volitantibus vescuntur, capiant: purpurascens lana hamum circumvestiunt, et ad eandem lanam gallinacei pennas duas cerei coloris¹⁴⁸ speciem gerentes accomodant et conglutinant, etc. Aelianus¹⁴⁹. Lac coagulatur etiam a domesticae gallinae pellicula, quae intra ventriculum stercori

scommesso da ambo le parti per la futura vittoria dei volatili fino a cento monete d'oro per ogni singolo incontro. Ho potuto vedere i galli combattere per sei ore di seguito, e non mettevano termine al combattimento prima di essere morti, Lodovico de Varthema*.

¶ Marco Varrone* assegna il primato nel concimare i campi allo sterco dei tordi* che proviene dalle voliere. Columella giudica equivalente quello che proviene dalle colombe, poi viene quello dei pollai, Plinio*. Le nostre donne lodano lo sterco dei polli per l'erba betonica* concimata, che viene coltivata in vasi: ma non per altre colture in quanto ne nascerebbero parecchie erbe inutili. ¶ Quelli che in Macedonia* detengono la scienza del pescare, per catturare certi pesci di fiume dai colori variegati (ritengo che in greco questi pesci così definiti suonino *poecilias*) che si nutrono delle mosche che volano sui fiumi, avvolgono l'amo con della lana color porpora, e alla lana stessa uniscono e incollano due piume di gallo dotate di un aspetto color cera, etc., Eliano. Il latte viene coagulato anche da quella pellicola della gallina domestica, e, situata all'interno dello stomaco, essa è destinata a produrre lo sterco, per la sua

¹⁴⁴ *Rerum rusticarum* I,38: Quae loca in agro stercoranda, videndum, et qui et quo genere potissimum facias: nam discrimina eius aliquot. Stercus optimum scribit esse Cassius volucrum praeter palustrium ac nantium. De hisce praestare columbinum, quod sit calidissimum ac fermentare possit terram. Id ut semen aspargi oportere in agro, non ut de pecore acervatim poni. Ego arbitror praestare ex aviariis turdorum ac merularum, quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum ita bubus ac subus, ut fiant pingues.

¹⁴⁵ *De re rustica* II,14(15): Tria igitur stercoris genera sunt praecipue, quod ex avibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Avium primum habetur, quod ex columbariis egeritur. Deinde quod gallinae ceteraque volucres edunt: exceptis tamen palustribus ac nantibus, ut anatis et anseris; nam id noxium quoque est. Maxime tamen columbinum probamus, quod modice sparsum terram fermentare comperimus. Secundum deinde, quod homines faciunt, si et aliis villae purgantibus immisceatur, quoniam ferventioris naturae est, et idcirco terram perurit.

¹⁴⁶ *Naturalis historia* XVII,50-51: M. Varro principatum dat turdorum fimo ex aviariis, quod etiam pabulo boum suumque magnificat neque alio cibo celerius pinguescere adseverat. De nostris moribus bene sperare est, si tanta apud maiores fuere aviaria, ut ex his agri stercorarentur. [51] Primum Columella e columbariis, mox gallinariis facit, natantium alitum damnato.

¹⁴⁷ Il sostantivo greco maschile *poikilias* è una sorta di pesce (*pecilia* in italiano) citato in Ateneo 331. L'aggettivo greco *poikilos* significa variegato, variopinto.

¹⁴⁸ Si tratta verosimilmente di piume di soggetti fulvi. Oggi si usano anche piume ricavate da soggetti blu, come il gallo di razza Limousine, che ha ricevuto il nome di *Gallo da pesca*. Per altre colorazioni e disegni del piumaggio impiegati nella pesca a mosca vedere la voce Limousine* del lessico.

¹⁴⁹ *La natura degli animali* XV,1: Mi hanno parlato del modo in cui si svolge la pesca in Macedonia e voglio riportare qui ciò che ho udito. Tra Verria e Tessalonica scorre un fiume chiamato Astreo; nelle sue acque vivono dei pesci con la pelle picchiettata. Con quale nome i nativi li distinguano, io non lo so ed è meglio chiederlo agli stessi Macedoni. Questi pesci si nutrono delle mosche del luogo che svolazzano sul fiume e che non somigliano per nulla alle mosche degli altri paesi e neppure ricordano nell'aspetto quello delle vespe o dei calabroni [?]; non è possibile confrontarle con le stesse api. Possiedono però tratti loro peculiari. Sono petulanti come le mosche, quanto alla grossezza ricordano i calabroni, il colore della loro pelle è però simile a quello delle vespe e producono un ronzio come le api. Tutta la gente del luogo chiama tale mosca *ippuro* [?]. Posandosi sulla corrente del fiume, essa cerca il cibo di suo gradimento, ma non riesce a sfuggire ai pesci che nuotano sott'acqua, e quando uno di questi vede la mosca sulla superficie, nuota nella sua direzione, rimanendo immerso e usando la massima cautela poiché teme, smuovendo l'acqua sopra di sé, di mettere in fuga la preda. Giunto vicino all'ombra della mosca, spalanca la bocca e l'ingioia, come fa un lupo quando strappa una pecora dal gregge o come un'aquila quando porta via da un cortile un'oca. Fatto ciò, si introduce rapido sotto i flutti. I pescatori però conoscono bene il comportamento dell'ippuro e non usano mai queste mosche come esca; toccate da mano d'uomo, infatti, esse perderebbero il colore naturale; le loro ali si avvizzirebbero e non sarebbero più un buon boccone per quei pesci, i quali, per una misteriosa forza dell'istinto, provano repulsione per le mosche che siano state catturate. I pescatori però ricorrendo all'astuzia hanno escogitato questo inganno: avvolgono l'amo con un po' di lana rossa, vi attaccano due penne di gallo, quelle che spuntano presso i bargigli e per colore sono simili alla cera; usano una canna della lunghezza di un'orgia e così è anche la lenza. I pescatori calano in acqua l'esca e il pesce, attirato dal colore e tutto eccitato, le corre incontro e pensa, ingannato dallo splendido aspetto di quella, di fare un ottimo pasto. Spalanca la bocca e ingoia l'amo, ma quel boccone è per lui amaro e non riesce a goderlo, perché viene preso. (traduzione di Francesco Maspero)

destinata est, echinus ab aspritudine Graecis appellata, ceu cortex quidam, Berytius apud Constantinum. ¶ Esca ad capiendos pisces magnos, omniaque marina, velut glaucos, orphos, et quaecunque sunt huiusmodi: Galli testiculi cum nucibus pineis torrefactis, ac tritis committuntur, ita ut sint testiculorum drachmae octo, nucum pinearum drachmae sedecim, teruntur autem in farinae speciem, fiuntque collyria, quorum esca pisces illectantur, Tarentinus in Geoponicis Graecis. ¶ Cur gallus, simia, serpens, canis, culeo parricidae inserantur, ex Hier. Cardano scriptum est in Simia E. ad finem. ¶ Seminarium munitum sit ad incursum gallinacei generis, Plin¹⁵⁰. ¶ Uvae florem in cibis si edere gallinacei, uvas non attingunt, Plin.¹⁵¹ Vide in Gallina E.

F.

DE GALLINACEI GENERIS TOTIUS IN CIBIS USU, APPARATU, ET

salubritate, gallorum, gallinarum, et pullorum.

De ovis tantum separatim dicitur
in Gallina F.

item de Capo privatim quaedam.

In Alexandri Severi conviviis esse solebant gallinae, ova, etc. adhibebatur et anser diebus festis, maioribus autem festis diebus fasianus: ita ut aliquando et duo ponerentur, additis gallinaceis duobus, Lampridius¹⁵². Pertinax imperator nimium illiberalis, amicis si quando de prandio suo mittere voluit, misit offulas binas, aut omasi partem, aliquando lumbos gallinaceos, Iulius Capitolinus¹⁵³. Hoc primum antiquis coenarum interdictis exceptum invenio iam lege C. Fannii consulis undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucrum poneretur praeter unam gallinam, quae non esset altilis: Quod deinde caput

ruvidezza detta dai Greci *echinus* - porcospino*, ed è come una specie di scorza, il geponico* Berizio nella selezione delle opere geponiche fatta compilare da Costantino VII Porfirogenito* - oggi presente in *Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici*. ¶ Un'esca per catturare grandi pesci e ogni genere di animale marino, come le leccie bastarde*, gli scorfani* e qualsiasi animale siffatto: si uniscono testicoli di gallo con dei pinoli tostati e tritati di modo che vi siano otto dracme [circa 25 g] di testicoli, sedici dracme di pinoli, il tutto va reso farinoso e se ne fanno degli empiastri, e i pesci vengono sedotti da un'esca siffatta, Tarantino - un geponico - nei Geponici Greci. ¶ Perché un gallo, una scimmia, un serpente, un cane, vengono messi dentro al culleo* del parricida, lo si è trascritto, deducendolo da Gerolamo Cardano*, verso la fine del paragrafo E della scimmia. ¶ Il vivaio deve essere protetto contro le incursioni del genere dei gallinacei, Plinio. ¶ Se i polli mangiano i fiori dell'uva nel mangime, non toccano l'uva. Vedi nel paragrafo E della gallina.

F

SULL'IMPIEGO, PREPARAZIONE E SALUBRITÀ COME CIBO DI TUTTO QUANTO IL GENERE DEI GALLINACEI,

dei galli, delle galline e dei pulcini. Delle uova si parlerà solo separatamente nel paragrafo F della gallina, lo stesso si dirà qualcosa separatamente sul cappone.

Durante i banchetti di Alessandro Severo* c'erano abitualmente galline, uova, etc. Nei giorni di festa si serviva anche l'oca, ma il fagiano* nelle festività maggiori: tanto che talora ne venivano messi in tavola anche due con l'aggiunta di due polli, Lampridio*. L'imperatore Petrinace* era un po' troppo avaro, dal momento che quando volle mandare agli amici un po' del suo cibo, mandò due bocconcini di carne, o un frammento di trippa, talora dei fondoschiene di pollo, Giulio Capitolino*. Fra gli antichi divieti riguardanti le portate, per la prima volta già nella legge del console Gaio Fannio* stilata undici anni prima della terza guerra punica* - nel 161 aC, trovo la proibizione di non porre in tavola alcun volatile eccetto una sola gallina non

¹⁵⁰ Citazione già fatta all'inizio, a pagina 379. - Plinio *Naturalis historia* XVII,69: Namque ad id praecipuum eligi solum refert, quoniam nutricem indulgentiorem esse quam matrem saepe convenit. Sit ergo siccum sucosumque, bipalio subactum, advenis hospitale et quam simillimum terrae ei, in quam transferendae sint, ante omnia elapidatum munitumque ab incurso etiam gallinacei generis, quam minime rimosum, ne penetrans sol exurat fibras.

¹⁵¹ *Naturalis historia* XXIII,12: Uvae florem in cibo si edere gallinacei, uvas non attingunt.

¹⁵² Negativa la ricerca di anser, gallina, phasianus, fasianus & ova nella vita di Alessandro Severo scritta da Lampridio e a disposizione nel web in www.thelatinlibrary.com.

¹⁵³ *Helvius Pertinax*, XII,1-6: 1 Fuit autem senex venerabilis, inmissa barba, reflexo capillo, habitudine corporis pinguiore, ventre prominulo, statura imperatoria, eloque mediocri et magis blandus quam benignus nec umquam creditus simplex. 2 Et cum verbis esset affabilis, re erat inliberalis ac prope sordidus, ut dimidiatas lactucas et cardus in privata vita conviviis adponeret. 3 Et nisi quid missum esset edulium, quotquot essent amici, novem libras carnis per tres missus ponebat. 4 Si autem plus aliquid missum esset, etiam in alium diem differebat, cum semper ad convivium multos vocaret. 5 Imperator etiam, si sine convivis esset, eadem consuetudine cenitabat. 6 Amicis si quando de prandio suo mittere voluit, misit offulas binas aut omasi partem, aliquando lumbos gallinacios. Fasianum numquam privato convivio comedit aut alicui misit.

translatum, per omnes leges ambulavit. Inventumque diverticulum est in fraude earum, gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis. multo ita gratiores approbantur, Plin.¹⁵⁴ Et mox cum de saginatione gallinarum dixisset, Nec tamen (inquit) in hoc mangonio quicquam totum placet, {hic} clune, alibi pectore tantum laudatis. Constat Messalinum Cottam Messalae oratoris filium palmas pedum ex anseribus torrere, atque patinis cum gallinaceorum cristis condire reperisse, Plinius¹⁵⁵. Heliogabalus saepe edit ad imitationem Apicii calcanea camelorum, et cristas vivis gallinaceis demptas, linguas pavonum et lusciniarum, quod qui ederet ab epilepsia tutus diceretur, Lampridius¹⁵⁶.

¶ Apparatus varii. Apicius lib. 5. Artis coquinariae, cum Conchiclas¹⁵⁷ quasdam (sic dicta edulia a faba conch{id}e, ut puto) cum faba et cum pisa descripsisset: Aliter (inquit) conchiclam sic facies: Pullum lavas, exossas, concidis minutatim cepam, coriandrum, cerebella enervata: mittis in eundem pullum: liquamine, oleo et vino ferveat, cum coctus fuerit, concidis minutatim cepam et coriandrum, colas ibi pisam coctam non conditam, accipies conchiclam pro modo, componis varie: deinde teres piper, cuminum: suffundis ius de suo sibi. item in mortario ova duo dissolves, temperas, ius de suo sibi suffundis pisae integrae elixae, vel nucleis adornabis, et lento igni fervere facies, et inferes.

Aliter¹⁵⁸ conchicla farsilis, sive conchiclatus pullus vel porcellus: Exossas pullum a pectore,

ingrassata. Questo articolo fu in seguito ripreso e passò da una legge all'altra. Si trovò una scappatoia per ingannare queste leggi allevando anche i galli con cibi inzuppati nel latte. Vengono così considerati di sapore molto più raffinato, Plinio. E appena dopo aver parlato dell'ingrasso delle galline dice: Tuttavia, in questo modo di abbellire le portate, non tutto è gradito allo stesso modo, in quanto viene decantata la coscia, in altri posti solamente il petto. Risulta che Messalino Cotta, figlio dell'oratore Messalla*, inventò la ricetta di arrostitire le zampe d'oca. e condirle in padella con le creste dei galli, Plinio. Eliogabalo*, spesso per imitare Apicio*, mangiò gli stinchi dei cammelli e le creste recise ai galli vivi, le lingue dei pavoni e degli usignoli, in quanto si diceva che chi le avesse mangiate sarebbe stato al sicuro dall'epilessia, Lampridio.

¶ PREPARAZIONI VARIE. Apicio nel libro V del *De re coquinaria*, descrisse certe FAVETTE - o minestre di fave con la buccia - (sono dei cibi chiamati così dalla fava con la sua buccia, come reputo) fatte con la fava e con il pisello, e dice: Farai una favetta in un'altra maniera nel modo seguente: Lavi un pollo, lo disossi, tagli a pezzettini della cipolla, del coriandolo*, dei cervelli senza i nervi, li metti dentro allo stesso pollo: deve bollire con salsa di pesce, olio e vino, quando sarà cotto tagli a pezzettini della cipolla e del coriandolo, vi fai filtrare del pisello cotto non condito, prenderai della favetta in proporzione, disponi in modi diversi: quindi triterai del pepe, del cumino*: gli versi il suo brodo. Rompi anche due uova in un mortaio, le sbatti, spargi il loro liquido sui piselli interi bolliti, oppure guarnirai con gherigli, e farai cuocere a fuoco lento, e metterai in tavola.

IN UN ALTRO MODO UNA FAVETTA FARCITA, ossia pollo oppure maialino cotto con fave: Disossi il pollo a

¹⁵⁴ Se ne è già accennato a pagina 385. - Plinio *Naturalis historia* X,139-140: Gallinas saginare Deliaci coepere, unde pestis exorta opimas aves et suopte corpore unctas devorandi. Hoc primum antiquis cenarum interdictis exceptum invenio iam lege Gai Fanni consulis undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucres poneretur praeter unam gallinam quae non esset altilis, quod deinde caput translatum per omnes leges ambulavit. [140] Inventumque diverticulum est in fraudem earum gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis: multo ita gratiores adprobantur. Feminae quidem ad saginam non omnes eliguntur nec nisi in cervice pingui cute. Postea culinarum artes, ut clunes spectentur, ut dividantur in tergora, ut a pede uno dilatatae repositoria occupent. Dedere et Parthi cocis suos mores. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, clune, alibi pectore tantum laudatis. § Non si capisce in cosa consista la scappatoia stando alle parole di Plinio. Per la legge Fannia non si poteva porre in tavola alcun volatile eccetto una gallina che non doveva essere stata ingrassata. Ma i galli, nutriti con cibi inzuppati nel latte per renderli di sapore più raffinato, erano anch'essi dei volatili, salvo che li facessero passare per galline asportando cresta e speroni, oppure che i cibi inzuppati nel latte fossero capaci - ma non lo erano - di castrarli e di farli somigliare a galline. Misteri interpretativi! Oltretutto, grazie al latino di Plinio, *quae non esset altilis* potrebbe magari tradursi con *gallina che non fosse grassa = che doveva essere grassa*, come ci permettiamo noi italiani di usare il *non* con il condizionale con finalità affermative anziché negative. Ma se la gallina doveva essere grassa, addio parsimonia nelle spese per le mense, perché ingrassare un volatile costa di più.

¹⁵⁵ *Naturalis historia* X,52: Sed, quod constat, Messalinus Cotta, Messalae oratoris filius, palmas pedum ex iis torrere atque patinis cum gallinaceorum cristis condire reperit; tribuetur enim a me culinibus cuiusque palma cum fide.

¹⁵⁶ *Elagabalus* o *Heliogabalus* (*Marcus Aurelius Antoninus*) XX,5: Comedit saepius ad imitationem Apicii calcanea camelorum et cristas vivis gallinaceis demptas, linguas pavonum et lusciniarum, quod qui ederet a pestilentia tutus diceretur. - Lampridio dice che un siffatto menu preservava dalla peste, invece per Gessner serviva contro l'epilessia. Vai a sapere!

¹⁵⁷ V,4,5.

¹⁵⁸ V,4,6: Aliter conchicla: conchiclatus pullus vel porcellus: exossas pullum a pectore, femora eius iungis in porrectum, surculo alligas, et impensam [conchicla farsilis] paras. et farcies alternis pisam lotam, cerebella, lucanicas et cetera. teres (piper,) ligusticum,

femora eius iungis in porrectum, surculo alligas, et impensam paras, et facies alternis pisam lotam, [388] cerebella, lucanicas, et caetera, teres piper, ligusticum, origanum et zingiber. liquamen suffundis, passo et vino temperabis. facies ut ferueat. et cum ferbuerit, mittis modice et {pisam} <impensam> cum condieris, alternis in pullo componis, omento tegis, et in operculo deponis, et in furnum mittis ut coquantur paulatim, et inferes.

partire dal petto, unisci le sue cosce in estensione, fissi con uno spiedino e prepari gli ingredienti, e disporrai alternativamente dei piselli lavati, dei cervelli, delle luganiche* e così via, triterai del pepe, del sedano di monte* - *Ligusticum officinale*, dell'origano* e dello zenzero*. Vi cospargi della salsa di pesce e vi mescolerai del vino passito. Farai in modo che giunga all'ebollizione e quando bollerà lo metti a fuoco lento, e quando avrai condito gli ingredienti, li metti alternativamente nel pollo, ricopri con l'omento e collochi in un coperchio e introduci in forno in modo che cuociano poco a poco, e metterai in tavola.

Pagina 388

EX EIUSDEM AUTHORIS LIBRO VI. CAP. IX.

In pullo elixo ius crudum. Adijcies in mortarium anethi semen, mentam siccam, laseris radicem: suffundis acetum: adijcies caryotam: refundis liquamen, sinapis modicum et oleum: defruto temperas, et sic mittis {in pullum anethatum. Aliter pullus}.

<Pullum anethatum:>¹⁵⁹ Mellis modice, liquamine temperabis. {Lavas} <Levas> pullum coctum, et sabano mundo siccas, charaxas, et ius scissuris infundis, ut combibat: et cum combiberit, assabis, et suo sibi iure {pertangis} <pinnis tangis>, piper asperges et inferes.

Pullus Parthicus. Pullum aperies a navi (pectore forte. nam infra pullum farsilem a pectore aperiri iubet. Sed Humelbergius partem posteriorem ventris accipit) et in quadrato ornat: teres piper, ligusticum, carei modicum: suffundes liquamen: vino temperas: componis in cumana pullum, et condituram super pullum facies, laser et vinum {inter illas} <in tepida>¹⁶⁰ dissolvis, et in pullum mittis simul et coques, piper asperges et inferes.

Pullus oxyzomus. Olei acetabulum maiorem satis modice, liquaminis acetabulum minorem, aceti acetabulum perquam minorem, piperis scrupulos sex, petroselinum, porri fasciculum.

DAL LIBRO VI CAPITOLO IX DELLO STESSO AUTORE APICIO*

BRODO CRUDO IN POLLO BOLLITO. Metterai in un mortaio del seme di aneto*, della menta essiccata, della radice di silfio*: cospargi di aceto: vi aggiungerai del dattero: vi versi della salsa di pesce, una modica quantità di senape* e dell'olio: condisci con del vino cotto e così lo mandi in tavola.

POLLO ALL'ANETO: Condirai con poco miele e con della salsa di pesce. Prendi un pollo cotto e lo asciughi con un panno di lino pulito, gli fai delle incisioni e metti nei tagli del brodo in modo che si impregni: e quando si sarà impregnato lo farai arrosto e con delle piume lo spennelli col suo stesso sugo, darai una spruzzata di pepe e lo metterai in tavola.

POLLO ALLA MANIERA DEI PARTI*. Aprirai il pollo a partire della pancia (forse a partire dal petto; infatti più avanti dice che bisogna aprire un pollo da farcire a partire dal petto; ma Gabriel Hummelberg* intende la parte posteriore del ventre) e lo disponi in quadrato: triterai del pepe, del sedano di monte, un pochino di cumino dei prati*: cospargi della salsa di pesce: gli aggiungi del vino: disponi il pollo in una terrina di Cuma*, e metterai il condimento sopra al pollo, fai sciogliere il silfio e il vino intiepidendoli e li metti insieme nel pollo, e farai cuocere, darai una spruzzata di pepe e metterai in tavola.

POLLO IN SALSIA PICCANTE. Un acetabolo - un calice per aceto - piuttosto grande di olio in quantità moderata, un acetabolo più piccolo di salsa di pesce, un acetabolo ancora più piccolo di aceto, sei scrupoli [circa 7 g] di pepe, prezzemolo, un mazzetto di porro*.

origanum et gingiber, liquamen suffundis, passo et vino temperabis. facies ut ferueat, et, cum ferbuerit, mittis modice. et impensam cum condieris, alternis in pullo componis, omento tegis et in operculo deponis et in furnum mittis, ut coquantur paulatim, et inferes. (<http://www.fh-augsburg.de>)

¹⁵⁹ VI,9,1.a.-1.b.: 1.a. In pullo elixo ius crudum: adijcies in mortarium anethi semen, mentam siccam, laseris radicem, suffundis acetum, adijcies caryotam, refundis liquamen, sinapis modicum et oleum, defruto temperas et sic mittis. - 1.b. Pullum anethatum: mellis modice, liquamine temperabis. levas pullum coctum et sabano mundo siccas, charaxas et ius scissuris infundis, ut combibat, et cum combiberit, assabis et suo sibi iure pinnis tangis. piper aspersum inferes. (<http://www.fh-augsburg.de>)

¹⁶⁰ <http://www.fh-augsburg.de>: laser [et] vivum in tepida dissolvis,[...].

Pullus Numidicus¹⁶¹, (qualis apud Numidas condiri solebat, aut potius ex pullis gallinae Numidicae.) Pullum curas, elixas, lavas, lasere et pipere aspersum assas: teres piper, cuminum, coriandri semen, laseris radicem, rutam, caryotam, nucleos: suffundis acetum, mel, liquamen: et oleo temperabis. Cum ferbuerit, amylo obligas: pullum perfundis: piper asperges et inferes.

Pullus laseratus¹⁶². Aperies a navi: lavabis, ornabis et in cumana ponis: teres piper, ligusticum, {laser, vinum} <laser vivum>¹⁶³: suffundis liquamen: vino et liquamine temperabis, et mittis pullum: coctus si fuerit, pipere aspersum inferes.

Pullus paroptyus¹⁶⁴. Laseris modicum, piperis scrupulos sex, olei acetabulum, liquaminis acetabulum, petroselinum modicum.

Pullus elixus ex iure suo¹⁶⁵. Teres piper, cuminum, thymi modicum, feniculi semen, mentham, rutam, laseris radicem: suffundis acetum: adijcies caryotam et teres: melle, aceto, liquamine et oleo temperabis: pullum refrigeratum et siccatum mittis, quem perfusum inferes.

Pullus elixus cum cucurbitis elixis¹⁶⁶. Iure suprascripto addito sinape perfundis et inferes.

Pullus elixus cum colocasiis elixis¹⁶⁷. Supradicto iure perfundis et inferes. {Facit} <Facis>¹⁶⁸ et in elixum cum olivis colymbadibus non valde (impletum,) ita ut laxamentum habeat, ne dissiliat dum coquitur in olla: submissum in sportellam cum bullierit, frequenter lavas et ponis ne dissiliat.

Pullus Varius¹⁶⁹, (a Vario¹⁷⁰ Heliogabalo fortassis, alias Vardanus.) Pullum coques iure hoc: liquamine, oleo, vino: fasciculum porri, coriandri, satureiae: cum coctus fuerit, teres piper, nucleos cyathos duos, et ius de suo sibi

POLLO ALLA MANIERA DEI NUMIDI* (come veniva solitamente condito presso i Numidi, o meglio, fatto coi pollastri della gallina di Numidia*). Ti procuri un pollo, lo fai lessare, lo lavi, lo fai arrostitire dopo averlo cosperso di silfio e pepe: triterai del pepe, del cumino, del seme di coriandolo, della radice di silfio, della ruta*, del dattero, dei gherigli: cospargi dell'aceto, del miele, della salsa di pesce: e condirai con dell'olio. Quando sarà giunto all'ebollizione, lo avvolgi con dell'amido: immergi il pollo: darai una spruzzata di pepe e metterai in tavola.

POLLO AL SILFIO. Lo aprirai a partire dalla pancia: lo laverai, lo guarnirai e lo metti in una terrina di Cuma: triterai del pepe, del sedano di monte, del silfio fresco: cospargi salsa di pesce: lo condirai con vino e salsa di pesce e metti a cuocere il pollo: quando sarà cotto, dopo una spruzzata di pepe lo manderai in tavola.

POLLO AL SANGUE - ARROSTITO IN SUPERFICIE. Poco silfio, 6 scrupoli di pepe [6,78 g], un acetabolo di olio, un acetabolo di salsa di pesce, un pochino di prezzemolo.

POLLO LESSO NEL SUO BRODO. Triterai del pepe, del cumino, poco timo, seme di finocchio*, menta, ruta, radice di silfio: vi versi dell'aceto: vi aggiungerai del dattero e triterai: condirai con miele, aceto, salsa di pesce e olio: vi poni il pollo freddo e asciutto che servirai dopo averlo cosperso.

POLLO LESSO CON ZUCCHE LESSE. Dopo aver aggiunto il suddetto brodo vi versi sopra della senape e metterai in tavola.

POLLO LESSO CON COLOCASIE* LESSE. Gli verserai sopra il brodo suddetto e lo metterai in tavola. Puoi farlo anche lessato non troppo (farcito) con olive marinate in modo che abbia dello spazio vuoto, affinché non si spacchi mentre cuoce in pentola: messo in un piccolo panierino dopo che avrà finito di bollire, lo lavi numerose volte e lo riponi affinché non si spacchi.

POLLO ALLA VARIO (forse da Vario Eliogabalo*, detto altrimenti alla Vardane*). Farai bollire il pollo in questo brodo: salsa di pesce, olio, vino: un mazzetto di porro, di coriandolo*, di santoreggia*: quando sarà cotto triterai del pepe, due ciati [100 ml] di gherigli, e lo

¹⁶¹ VI,9,4.

¹⁶² VI,9,5.

¹⁶³ <http://www.fh-augsburg.de>: laser vivum, [...].

¹⁶⁴ VI,9,6.

¹⁶⁵ VI,9,7.

¹⁶⁶ VI,9,9.

¹⁶⁷ VI,9,10.

¹⁶⁸ VI,9,11. - <http://www.fh-augsburg.de>: Facis et in elixa[...].

¹⁶⁹ VI,9,12.

¹⁷⁰ Lampridio* *Eliogabalus* o *Heliogabalus* (*Marcus Aurelius Antoninus*) I.1: Vitam Heliogabali Antonini, qui Varius etiam dictus est,[...]

suffundis, et fasciculos proijcies, lacte temperas, et reexinanes in mortarium supra pullum ut ferveat: obligas cum albamentis ovorum tritis: ponis in lance, et iure suprascripto perfundis. Hoc ius candidum appellatur.

Pullus Frontonianus¹⁷¹. Pullum praedura, condies liquamine, oleo mixto, cui mittis fasciculum anethi, porri, satireiae, et coriandri viridis et coques: ubi coctus fuerit, levabis eum, in lance defruto perfundes, piper asperges et inferes.

Pullus tractogalatus¹⁷², (a tracta et lacte quibus condiebatur, Humelbergius.) Pullum coques liquamine, oleo, vino: cui mittis fasciculum coriandri, cepam: deinde cum coctus fuerit, levabis eum de iure suo, et mittis in cacabum novum lac et salem modicum: mel et aquae minimum, id est tertiam partem, ponis ad ignem lentum ut tepescat: tractum confringis et mittis paulatim, assidue agitas ne uratur, pullum illic mittis integrum vel carptum, versabis in lance, quem perfundes iure tali. Piper, ligusticum, origanum: suffundis mel, et defrutum modicum: et ius de suo sibi temperas in cacabulo: facies ut bulliat: cum bullierit, amylo obligas et inferes.

Pullus farsilis¹⁷³. Pullum sic ne aliquid in eo remaneat, a cervice expudies: teres piper, ligusticum, zingiber, pulpam caesam, alicam elixam, teres cerebellum ex iure coctum: ova confringis et commisces ut unum corpus efficias: liquamine temperas, et oleum modice mittis, piper integrum, nucleos abundantes, fac inpensam, et imples pullum, vel porcellum ita ut laxamentum habeat. Similiter et in capo facies. Accipies pullum et ornas ut supra: aperies illum a pectore, et omnibus eiectis coques.

Pullus leucozomus¹⁷⁴. Accipias aquam et oleum Hispanum abundans, agitatur ut ex se ambulet et humorem consumat: postea cum coctus fuerit, quodcunque olei remanserit, inde levas: piper asperges, et inferes.

cospargi col suo stesso brodo e getterai via i mazzetti, addolcisci con latte, e lo vuoterai di nuovo in un mortaio oltre al pollo in modo che giunga all'ebollizione: amalgami con bianchi d'uovo sbattuti: metti in un vassoio e cospargi con il brodo suddetto. Questo brodo viene detto candido.

POLLO ALLA FRONTONE [Marco Cornelio Frontone?]. Lascia indurire un pollo, lo condrai con della salsa di pesce mista a olio cui aggiungi un mazzetto di aneto, di porro, di santoreggia e di coriandolo verde, e farai cuocere: quando sarà cotto lo toglierai, lo cospargerai di vino cotto in un vassoio, vi spargerai del pepe e porterai in tavola.

POLLO AL LATTE (*tractogalatus* da *tracta*, pasta sfoglia, e *lac*, latte; coi quali veniva condito, Gabriel Hummelberg). Farai cuocere un pollo in salsa di pesce, olio, vino: cui aggiungi un mazzetto di coriandolo, della cipolla: quindi quando sarà cotto lo toglierai dal suo brodo e collochi in un paiolo nuovo del latte, e un pochino di sale: metti a fuoco lento del miele e pochissima acqua, cioè la terza parte, in modo che si intiepidisca: rompi della pasta sfoglia e la aggiungi poco per volta, mescoli frequentemente in modo che non bruci, vi metti il pollo intero o a pezzi, lo verserai in un vassoio, e lo inaffierai con il seguente intingolo: pepe, sedano di monte, origano: vi versi del miele e un pochino di vino cotto: e addolcisci il suo brodo in un paiolo: lo farai giungere all'ebollizione: quando bollirà amalgami con dell'amido e porterai in tavola.

POLLO FARCITO. Preparerai il pollo a partire dal collo in modo che non vi rimangano dei residui: triterai del pepe, del sedano di monte, dello zenzero, della polpa tagliata, del farro* bollito, triterai il cervello cotto nel brodo: rompi delle uova e le mescolerai sino a farne una massa unica: le condisci con della salsa di pesce e vi metti un pochino di olio, del pepe intero, abbondanti gherigli, prepara un ripieno e riempi il pollo o il maialino in modo che abbia dello spazio vuoto. Allo stesso modo farai anche nel cappone. Prenderai il pollo e lo guarnisci come detto prima: lo aprirai a partire dal petto e lo farai cuocere dopo aver tolto tutto ciò che c'è dentro.

POLLO IN SALSA BIANCA. Devi prendere dell'acqua e abbondante olio spagnolo, viene agitato in modo che scorra da solo e nasconda l'acqua: successivamente quando sarà cotto, qualunque quantità di olio ci sarà rimasta, lo toglie da lì: lo spruzzerai di pepe e lo metterai in tavola.

¹⁷¹ VI,9,13.

¹⁷² VI,9,14.

¹⁷³ VI,9,15.

¹⁷⁴ VI,9,16.

¶ In isicia de pullo¹⁷⁵. Olei floris lib. 1. liquaminis quartarium, piperis semuncia.

Aliter de pullo¹⁷⁶. Piperis grana XXXI. conteres, mittis liquaminis optimi calicem, caraeni [caroeni] tantundem, aquae XI. mittes: et ad vaporem ignis pones.

Isicia de pavo¹⁷⁷ primum locum habent, ita si fricta fuerint ut callum vincant. secundum isicia de phasianis, tertium de cuniculis, quartum de pullis.

Aliter¹⁷⁸, (Isicium amydatum.) Ossicula de pullis expromas, deinde mittis in cacabum porros, anethum, salem: cum cocta fuerint, addes piper, apii semen: deinde orindam (forte oryzam, cuius et paulo ante meminerat in simili isicio amydato. sed Humelbergius ex Hesychio orindam interpretatur semen simile sesamae, etc.) infusam teres: addes liquamen et passum vel defrutum, omnia misces et cum isiciis inferes, Apicius 2.2.

¶ Gallus cum oxyliparo apponitur Dipnosophistis apud Athenaeum lib. {8} <9>.¹⁷⁹ Γαλεούς και βατίδας ὅσα τε τῶν γενῶν ἐν ὀξύλιπάρῳ τρίμματι σκευάζεται, Timocles Comicus. Est autem forte oxyliparum trimma¹⁸⁰ [389] seu condimentum, idem aut simile quale supra in pullo oxyzomo Apicius descripsit, quod conficitur aceto, liquamine et oleo quae lipara, id est pinguia sunt, etc. Invenio oxyliparon genus esse iuris in quo raiae ac caeteri eius naturae pisces mandi soleant, Hermolaus.

¶ Qui morbo regio aestivo laborat, obsonium edat pullum gallinaceum percoctum, probe conditum cum cepa, coriandro, caseo, sale, sesamo, et uva passa alba, Hippocrates in libro de internis affectionibus. Egregia quaedam condimenta pro pullis coctis describit Ant. Guainerius in capite de restaurando appetitu.

¶ SALSICCE DI POLLO. Una libbra [327,45 g] di ottimo olio, un quarto di sestario [125 ml] di salsa di pesce, una semioncia [13,64 g] di pepe.

UN ALTRO TIPO DI SALSICCE DI POLLO. Tritera i trentuno granelli di pepe, vi aggiungi un calice di ottima salsa di pesce e altrettanto vino cotto, vi metterai undici calici di acqua e metterai al fumo di un fuoco.

LE SALSICCE DI PAVONE occupano il primo posto se saranno fritte in modo tale da perdere la durezza. Il secondo posto è delle salsicce di fagiano*, il terzo a quelle di coniglio, il quarto a quelle di pollo.

Un'altra ricetta (SALSICCIA ALL'AMIDO). Togli gli ossicini ai polli, quindi metti in un paiolo dei porri, dell'aneto, del sale: quando saranno cotti aggiungerai del pepe, del seme di finocchio: quindi triterai dell'*orinda* messa in infusione (forse dell'*oryza* - del riso - del quale aveva pure fatto menzione poco prima in una salsiccia del tutto simile a base di amido. Ma Gabriel Hummelberg traduce con *orinda* da Esichio di Alessandria* un seme simile al sesamo*, etc.): aggiungerai della salsa di pesce e del vino passito oppure bollito, mescolerai il tutto e lo metterai in tavola con le salsicce, Apicio II, 2.

¶ In Ateneo*, libro IX, ai Dipnosofisti viene servito un gallo con aceto e olio. *Galeoús kai batídas hósa te tón genón en oxylipáro, trimmati skeuázetai*, - *Vengono preparati pescecani e razze e parecchi soggetti di questo tipo in un intingolo piccante e grasso*, Timocle* il poeta comico. Infatti forse l'*oxyliparum* è il *trimma* o condimento, uguale o simile a quello che Apicio ha descritto nel pollo con salsa piccante, che viene fatto con aceto, salsa di pesce e olio che sono *lipara*, cioè grassi, etc. Trovo che l'*oxyliparon* è un tipo di sugo in cui abitualmente vengono mangiate le razze e altri pesci di questo tipo, Ermolao Barbaro*.

Pagina 389

¶ Chi soffre di itterizia estiva deve cibarsi di un pollo stracotto ben condito con cipolla, coriandolo*, formaggio, sale, sesamo* e uva passa bianca, Ippocrate* nel trattato *De internis affectionibus*. Antonio Guainerio* descrive alcuni eccellenti condimenti per i polli lessi nel capitolo su come recuperare l'appetito.

¹⁷⁵ II,2,3.

¹⁷⁶ II,2,4.

¹⁷⁷ II,2,6.

¹⁷⁸ II,2,9.

¹⁷⁹ IX,34,385a. § Giustamente Lind (1963) dà un'altra referenza - 9.385 - e sottolinea che *gallus* è un qui pro quo: il testo greco dice *Galeoús*, che è l'accusativo plurale di *galeós*, il pescecane.

¹⁸⁰ Il sostantivo greco neutro *trimma* - da *tribo*, trebbiare, tritare - è una cosa logorata, una raschiatura, una salsa, frammenti di qualcosa.

¶ Pullus in agresta. Pullum cum salita carne decoquito: ubi semicoctus fuerit, grana uvae sublatis e medio vinaceis, in cacabum ferventem indito: petroselinum et mentham minutatim concidito, piper et crocum in pulverem conterito. Haec omnia in cacabum, ubi pullastra cocta fuerit, conijcito, ac patinam statim facito. Hoc obsonio nil salubrius, admodum enim alit, facile concoquitur. stomacho, cordi, hepatis, renibus convenit, ac bilem reprimat, Platina lib. 6. cap. 16¹⁸¹.

Et mox cap. 17¹⁸². Pullus assus. Pullum bene depilatum, exinanitum et lotum assabis. asso, atque in patinam imposito, antequam refrigeat, aut succum mali medici¹⁸³, aut agrestam cum aqua rosacea, saccaro ac cinnamo bene trito infundes, convivisque appones. Hoc Bucino¹⁸⁴ non displicet, qui acria (acida) simul ac dulcia appetit, ut bilem reprimat et corpus obeset. Idem 6.9.¹⁸⁵ praescribit quomodo paretur pastillus ex quavis carne animantis cicuris, ut vituli, capi, gallinae et similibus. Eiusdem e lib. 6. cap. 15.¹⁸⁶ de porcello lactente condimentis quibusdam faciendos assandoque verba recitavi in Sue G. Idem autem (inquit) fieri potest ex <anser>, anate, <gru{a}e>, capo, pullastra.

¶ Qui icteri prima specie laborat, obsonium edat pullum gallinaceum percoctum probe conditum cum cepa, coriandro, caseo, sale, sesamo et uva passa alba, Hippocrates in libro de internis affectionibus.¹⁸⁷

¶ POLLO IN AGRESTA*. Fa cuocere a lungo il pollo con della carne salata: quando sarà giunto a metà cottura metti nella pentola calda dei vinaccioli presi dal centro delle vinacce: tritura per bene del prezzemolo e della menta, riduci in polvere del pepe e dello zafferano. Metti tutti questi ingredienti nella pentola dove intanto la pollastra si sarà cotta, e prepara subito un piatto da portata. Nulla è più salutare di questo cibo, infatti è oltremodo nutriente, viene facilmente digerito, giova allo stomaco, al cuore, al fegato, ai reni, e reprime l'ira, Platina* libro VI capitolo 16.

E subito dopo, al capitolo 17. POLLO ARROSTO. Farai arrostito un pollo ben spiumato, svuotato e lavato. Dopo averlo arrostito, e dopo averlo messo in un piatto da portata, prima che si raffreddi gli verserai sopra o del succo di mela della Media - di arancia*, o meglio, di cedro* -, oppure dell'agresta con acqua di rose, sciroppo di zucchero di canna e cannella* ben tritata, e lo metterai in tavola ai convitati. Questa ricetta non dispiace a Bucinus il quale va ghiotto per le cose che sono allo stesso tempo pungenti (acide) e dolci, per reprimere l'ira e ingrassare il corpo. Sempre Platina in VI,9 dà le istruzioni sul modo di preparare un pasticcio* basato su qualsiasi tipo di carne di animale domestico, come vitello, cappone, gallina e simili. Dello stesso Platina ho riportato nel paragrafo G del maiale le parole tratte da VI,15 relative al maialino da latte da farcire e da arrostito con alcuni intingoli. E dice: si può fare la stessa cosa con l'oca, l'anatra, la gru, il cappone, la pollastra.

¶ Chi comincia a presentare un ittero deve cibarsi di un pollo stracotto ben condito con cipolla, coriandolo, formaggio, sale, sesamo e uva passa bianca, Ippocrate nel trattato *De internis affectionibus*.

¹⁸¹ In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 15.

¹⁸² In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 16.

¹⁸³ II,5 - DE COCTONEIS - Coctonea dici cum de malis loquimur: et non coctona. Varronis ac Plinii auctoritate manifestum est: qui coctona inter ficus commemorant. [...] mala medica: quae vulgo narantia vocamus [...]. (*Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499) - Probabilmente si tratta di un *qui pro quo* di Platina. La *narantia* dovrebbe etimologicamente corrispondere all'arancia, mentre il *malum medicum* fin dai tempi dei Romani corrispondeva al cedro. Siccome per Platina il *malum medicum* è l'arancia e prescrive una spremuta di *mali medici*, è giocoforza tradurlo con arancia, anche se un antico Romano avrebbe inteso una spremuta di cedro.

¹⁸⁴ It is difficult to determine whether this name is a mistake by Aldrovandi [Platina!!!] for Dominicus Bucius, who wrote *Quaesita III Medicinalia, juxta Hippocratis, et Galeni mentem examinata* (ed. by A. Bucci, Venice, 1551; another ed., Leyden, 1577). A certain Bucinense (Niccolò degli Angeli) edited the *Scriptores Rei Rusticae* (Florence, 1515, 1521), but he is probably not referred to here. (*Aldrovandi on Chickens*, Lind, 1963) - Niccolò Angeli, detto Angelo Buccinense, insigne latinista del XVI secolo, di Bucine in provincia di Arezzo.

¹⁸⁵ In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 10.

¹⁸⁶ In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 14.

¹⁸⁷ Prescrizione già citata per l'itterizia estiva all'inizio di questa pagina.

¶ Ex capis aut pullastris Mirause¹⁸⁸ Catellonicum¹⁸⁹, Platinae verbis describemus in Capo F.

¶ E pullastris pastilli, ex libro Germanico Baltasaris Stendelii. Pastillo confecto pullastras rite paratas membris confractis impone: et pro magnitudine pastilli tria aut quatuor ova addito, salem, et zinziber satis abunde. per aestatem convenit etiam uvas passas Corinthiacas addi, ut caponibus quoque et aliquid butyri recentis. operculum etiam facies quale pro pastillo e capone praescribitur, et ovis illines. Horis duabus coques. Quod si frigidum habere malis, ius per foramen superius effundito, et pingui separato flatu, idem rursus affundito.

Cum pulli in olla operta coquantur, vel assantur potius in butyro, affuso etiam vino modico cum semiassi sunt, nostri hoc genus cocturae vocant verdempffen. Latine forsitan suffocare dixeris, quemadmodum ova pincta¹⁹⁰, id est suffocata Graeci efferunt.

Sunt qui uvarum acinos cum pullo in olla operta coquant. deinde conterunt, exprimunt, et rursus ad pullum affundunt cum butyro, Baltasar Stendelius.

¶ Con le parole di Platina descriveremo nel capitolo del cappone, paragrafo F, il MIRAUSE CATALANO.

PASTICCI A BASE DI POLLASTRE tratto dal libro in tedesco di Balthasar Staindl*. Dopo aver preparato l'involucro di pasta metti le pollastre preparate come al solito con gli arti disarticolati: e a seconda della grandezza dell'involucro di pasta aggiungi tre o quattro uova, sale, e zenzero* in discreta quantità. Durante l'estate conviene aggiungere anche uve passe di Corinto, come anche ai capponi, e un po' di burro fresco. Preparerai anche una copertura come viene prescritta per il pasticcio a base di cappone, e lo cospargerai di uova. Farai cuocere per due ore. Ma se lo preferisci freddo, fa uscire il brodo attraverso il foro superiore e dopo che il grasso è stato separato con un soffio, versacelo sopra di nuovo.

Quando i polli vengono cotti in pentola chiusa, oppure quando vengono arrostiti preferibilmente nel burro, anche con una spruzzata di una piccola quantità di vino quando sono mezzo arrostiti, i nostri chiamano questo tipo di cottura *verdempffen*, in latino forse potresti dire *suffocare*, così come i Greci chiamano *pnictà* - cotte in un vaso ben chiuso - le uova, cioè soffocate.

Vi sono alcuni che fanno cuocere gli acini d'uva insieme al pollo in una pentola chiusa col coperchio: quindi li schiacciano, li spremono e li versano nuovamente sul pollo insieme a del burro, Balthasar Staindl.

¹⁸⁸ Nel testo anonimo in catalano Sent Sovi (1324) suona come Mig-raust. Mastro Martino*, dal quale il Platina ha tratto la ricetta, in italiano medievale lo chiama Mirrause e Roberto di Nola nel suo testo in catalano scrive Mirraust. Mig raust in tedesco visigoto significa mezzo arrostito, come mi ha specificato Marie Joséphe Moncorgé in una preziosa e-mail del 16 agosto 2005: "En effet, mig raust = à moitié rôti, en allemand wisigoth. Comment ce mot a-t-il survécu jusque dans une recette catalane du 14^e? En tous cas, mig raust devient mirrause chez Martino, mirrauste chez Robert de Nola, miraus chez Scappi." - Nella trascrizione del testo di Roberto di Nola a mia disposizione (*Lybre de doctrina Pera ben Servir: de Tallar: y del Art de Coch*) sta scritto Mirraust, e non una volta sola, ma credo che il vocabolo possa considerarsi equivalente a Mirrauste.

¹⁸⁹ In Platina - *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499 - esiste solo catellonicum:

VI,12 Mirause catellonicum

VI,32 Patina catellonica

VI,41 Cibarium album catellonicum - che però suona catellonicum nell'indice

VII,60 Carabazum catellonicum

VII,72 Leucophagum catellonicum

L'aggettivo sostantivato Catellani - e non Catelloni - è usato da Platina in Liber VI,12 - MIRAUSE CATELLONICUM - Catellani gens quidem lauta: et quae ingenio ac corpore italicae solertiae haud multum dissimilis habetur obsonium: quod mirause illi vocant: sic condiunt [...]

In Aldrovandi il mirause ricorre una sola volta e possiamo ipotizzare - ma solo ipotizzare - che egli abbia desunto l'aggettivo Catellanicum che l'accompagna dal suo maestro l'Ornitologo, cioè da Conrad Gessner.

Dal momento che catellonicum potrebbe essere un'abituale variante di catellanicum, il *Catellanicum* di Gessner e di Aldrovandi non viene corretto. E che catellonicum possa essere una comune variante di catellanicum possiamo arguirlo dal testo di Gessner in cui il mirause ricorre due volte - prima come catellonicum e poi come catellanicum - salvo che *Catellanicum* sia un puro errore tipografico: pag. 413: Mirause Catellanicum: Catellani gens quidem lauta, et quae ingenio ac corpore Italicae solertiae haud multum dissimilis habetur, obsonium, quod mirause illi vocant, sic condiunt: [...] - La conferma a questa mia decisione di accettare sia *catellanicum* che *catellonicum* mi giunge dal Dr Thomas Gloning - Institut für Germanistische Sprachwissenschaft, Università di Marburgo, Germania - il quale così mi ha risposto con una e-mail del 17 settembre 2005: M.E. Milham, dans l'édition de Platine, ne change pas _catellonicus_, donc je pense que c'est une forme assez régulière dans le temps. Aussi, la variation entre des différentes formes était plus grand à ce temps qu'aujourd'hui.

¹⁹⁰ L'aggettivo greco *pniktós* significa soffocato, strangolato, cotto in vaso ben chiuso, stufato.

Et rursus ad idem, Pullos rite paratos in ollam inde, vinum et ius carniū affunde, cum modico salis et aromatici pollinis crocei. quod si iusculum crassius desideras, segmenta duo panis albi tosta bullenti iuri inijcito, cum ferbuerint, extractis una cum iecore tritis exprimito succum colando per aromaticum pollinem, et rursus affundito, et perfecte coqui sinito. Sunt qui limonum (quae poma sunt de genere citreorum) segmenta cum pullis elixant, quae deinde iis cum inferuntur imponunt, etc.

¶ Pullos elixos vel suffocatos, ut diximus, nostri aliquando cum pisis recentibus seorsim coctis inferre solent.

¶ Gelu cum expresso succo carnis gallinae pulli, in Gallia usitatum pro febrientibus et aliis ad vires restaurandas. Carnem pulli et pedes vituli aut vervecis discoques donec caro incipiat dissolvi, tum percolabis et exprimes succum, cui adijcies bonam partem sacchari ac pollinis cinnamomi: purificabis cum albuminibus et testis ovorum, colabis denuo, addesque crocum, aut aliud quippiam pro colore quem {desyderas} <desideras>, viride, rubrum, etc. si acidum placuerit, aceti aliquid, vel rob, id est defrutum aliquod eius saporis, ut de ribes aut berberis addi potest.

¶ Cibarium contusum: Gallinam vel caponem percoquito donec carnes bene mollescant, et in pila pulpam una cum ossibus contunde. quod si parum carnis fuerit, licebit etiam segmenta albissimi panis simul conterere. tum una cum iure omnia per aeneum vas colatorium exprimes, modicum generosi vini, et croci aromatumque quantum satis videbitur adijcies, et coques aliquandiu, cum inferre volueris, panem tostum subijcies, interdum ova extra testam in aqua cocta impones. Reliquias etiam gallinarum et caponum a mensa, carnes scilicet cum ossibus aliqui tundunt, et ferculum parant: cui nonnulli elixum hepar agninum contusum adijciunt. Hic cibus puerperis, et iis qui venam secuerint convenit, Baltasar Stendelius.

¶ Si vespertinus subito te oppresserit hospes, | Ne gallina malum responset dura palato, | Doctus eris vivam misto mersare {falerno} <Falerno>: | Hoc teneram faciet, Horatius 2.

E ancora, per fare uno stufato: Metti dentro a una pentola i polli preparati come al solito, mettici del vino e del brodo di carni con un po' di sale e di polvere aromatica di zafferano. Ma se desideri un brodino più grasso metti nel brodo quando bolle due fette tostate di pane bianco, quando giungeranno all'ebollizione, dopo averle estratte e averle tritate insieme al fegato, spremi il succo facendolo colare attraverso la polvere aromatica, e mettilo di nuovo nella pentola, e lascia che cuocia come si deve. Vi sono alcuni che fanno cuocere insieme ai polli delle fette di limone (che è un frutto del tipo del cedro) e quindi quando vengono messi in tavola gli ele mettono sopra, etc.

¶ Come abbiamo detto, i nostri conterranei talora sono soliti mettere in tavola polli lessi o in stufato con piselli freschi cotti a parte.

¶ Il ghiaccio con succo ottenuto spremendo la carne di pollo è usato in Francia per coloro che hanno la febbre e per altre persone al fine di ripristinare le energie. Farai cuocere a lungo carne di pollo e zampe di vitello oppure di montone castrato fintanto che la carne comincia a dissolversi, quindi la filtrerai e ne spremerai il succo, al quale aggiungerai una buona quantità di zucchero e di polvere di cannella: lo purificherai con albumi e gusci d'uovo, lo colerai una seconda volta e vi aggiungerai dello zafferano o qualcos'altro di verde, di rosso, etc., a seconda del colore che desideri. Se piacerà acido si può aggiungere un po' d'aceto, oppure di *rob**, cioè, un succo dello stesso sapore, come quello ottenuto dal *ribes** o di *crepino**.

¶ PIETANZA PESTATA: Fa cuocere a lungo una gallina o un capone fino a quando le carni siano belle molli e pesta la polpa insieme alle ossa dentro a un mortaio. Ma se ci sarà poca carne sarà possibile pestarci insieme dei pezzi di pane bianchissimo. Quindi farai passare il tutto insieme al brodo attraverso un colino di bronzo, vi aggiungerai un po' di vino di buona qualità, e quel tanto di zafferano e di aromi che ti sembrerà sufficiente, e farai cuocere per un po', e quando vorrai servire vi metterai sotto del pane tostato, talora vi metterai sopra delle uova sgusciate fatte cuocere in acqua. Alcuni pestano anche gli avanzi di tavola delle galline e dei capponi, cioè le ossa con la carne, e preparano una portata: alla quale alcuni aggiungono del fegato d'agnello bollito e pestato. Questo cibo è adatto per le puerpere e per coloro che hanno fatto un salasso, Baltasar Staindl.

¶ Se improvvisamente un ospite serale ti coglierà di sorpresa, affinché la gallina non risulti spiacevolmente dura al palato, sarai scaltro se la immergi viva in vino nuovo di Falerno*: questo la renderà tenera, Orazio*

Serm.¹⁹¹ Nux pullo inclusa illum longe celerius coqui facit, Cor. Agrippa.

¶ In pastillum gallinaceum. Cristas pullorum trifariam, iecuscula quadrifariam dividito: testiculos integros relinquito, laridum tessellatim concidito, nec tundito. duas aut tres uncias vitulinae adipis minutatim concidito, aut loco adipis medullam bubulam aut vitulinam addito. Gingiberis, cinnami, saccari, quantum satis erit sumito. Haecque omnia cum cerasis acribus (acidis) ac siccis ad quadraginta misceto, inditoque in pastillum ad id apte ex farina subacta factum. In furno aut sub textu in foco decoqui potest. Semicoctum ubi fuerit, duo vitella ovorum disfracta, modicum croci et agrestae superinfundes, Platina 6. 38.¹⁹²

¶ Edulium in asthmate et aliis affectionibus pectoris, cum aegri infirmi sunt admodum. Pullum vel gallinam iuvenem pinguem cum ordeo puro discoquito donec liquefiat, tum tere pullum pulpa et ossibus, et parum ptisanæ infunde, exprime, cola. praestabit quidem pullo dum teritur aquam rosaceam affundere, [390] et diligenter miscere, Arnoldus in libro de aquis. Idem in libro de conservanda sanitate: Album ferculum (inquit) de pullis gallinarum frequenter sumi poterit, modo ne fiat de pulpis effilatis, (sic loquitur) sed ex transverso subtiliter incisus: et postea contritis ac ligatis cum lacte amygdalarum, paucove amylo aut polline oryzae.

Ius gallinaceum cum amygdalis: Cape tibi selibram amygdalarum, tres ovorum vitellos exiguos, iecuscula gallinarum, panis e simila modum duorum ovorum, cremae lactis quantum semiobolo emitur, ius gallinae veteris perfecte coctum. Tum amygdalas contusas cum iure percolando exprime, et da. Vel pone prius in hoc iure sic parato pullum prius coctum, et modice simul effervere sinito, ut densiusculum fiat: et modicum cinnamomi, caryophyllorum salisque addito, Baltasar Stendelius.

Ex eodem ius viride pro gallina (aut pullo): Pyret<h>ro, sampsucho, petroselino minutatim dissectis vinum affunde, simul agita,

Satirae II - o *Sermones* come lui le chiama. Una noce inserita nel pollo lo fa cuocere molto più rapidamente, Heinrich Cornelius Agrippa* von Nettesheim

¶ PER UN PASTICCIO DI POLLO. Dividi in tre parti le creste dei polli e i fegatini in quattro parti: lascia interi i testicoli, taglia a quadretti del lardo e non pestarlo. Taglia a pezzettini due o tre onces [circa 50-75 g] di grasso di vitello, oppure al posto del grasso aggiungi del midollo di bue o di vitello. Prendi tanto quanto basta di zenzero, di cannella e di zucchero. E mescola tutte queste cose insieme a una quarantina di ciliege aspre (acide) e secche, e mettile dentro a un adeguato involucro di pasta fatto con farina impastata. Può essere cotto nel forno oppure sul fuoco sotto a un canovaccio. Quando sarà a metà cottura vi verserai sopra due tuorli d'uovo sbattuti, un po' di zafferano e di agresta, Platina VI,38.

¶ CIBO IN CASO DI ASMA E DI ALTRE AFFEZIONI DEL TORACE, QUANDO I PAZIENTI STANNO MOLTO MALE. Fa cuocere per bene un pollo o una giovane e grassa gallina con orzo puro fintanto che il tutto non sia diventato poltiglia, quindi trita il pollo con polpa e ossi e mettili insieme un po' di decotto d'orzo, spremi, lascia colare. Ma sarà utile versare sul pollo mentre lo si trita dell'acqua di rose e rimescolare accuratamente, Arnaldo da Villanova* nel libro *De aquis*. Sempre lui nel libro *De conservanda sanitate* dice: Spesso si potrà mangiare una portata in bianco fatta con polli di galline, basta che non sia fatta con carni filacciose (dice così), ma che siano state tagliate trasversalmente in pezzetti sottili: e poi pestati e amalgamati con latte di mandorle o con poco amido o fior di farina di riso.

Pagina 390

BRODO DI POLLO CON MANDORLE: Prenditi una mezza libbra [circa 160 g] di mandorle, tre tuorli d'uovo piccoli, dei fegatelli di gallina, del pane di semola corrispondente a due uova, tanta crema di latte quanta se ne può comprare con mezzo obolo*, del brodo di gallina vecchia fatto bollire a dovere. Quindi spremi le mandorle tritate insieme al brodo passandole attraverso un colino, e metti in tavola. Oppure metti prima in questo brodo così preparato un pollo che sia stato prima lessato, e lascia che bollano un pochino insieme in modo che diventi un po' più concentrato: e aggiungi una piccola quantità di cannella*, di chiodi di garofano* e di sale, Balthasar Staindl*.

Dallo stesso autore UN BRODO VERDE PER UNA GALLINA (O PER UN POLLO). Dopo aver triturato finemente del piretro*, della maggiorana* e del

¹⁹¹ *Satirae* II,4,17-20: Si vespertinus subito te oppresserit hospes, | ne gallina malum responset dura palato, | doctus eris vivam musto mersare Falerno: | hoc teneram faciet.

¹⁹² In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 37.

{saccharum} <saccharon> et aromatis aliquid adde, et affunde iuri in quo gallina cocta est: nec amplius coquito ne color viridis evanescat.

Conditura pro gallinis elixis: Gallinam elixam integram, vel in partes divisam, bene purgatam in ollam inde, permodicum aquae affunde cum pauco vino dulci, et butyri modicum adde, et pollinis aromatici nonnihil de macere¹⁹³, cinnamomo, caryophyllis. Cura diligenter ne diutius ad ignem maneat hoc ferculum. fit enim prorsus inutile. Tolles cum ad russum colorem gallina vergit, et ius mediocre habet. Si dulce placuerit, saccarum per se vel cum aromatibus adjicies.

Aliud edulium de pullis vel capis cum pane tosto, etc. ex eodem. ipse Germanice vocat *plutzte huener*. Pullos aut capos assos frustatim dissectos saccharo cum aromatibus condies, ac vino dulci perfundes, imponesque segmentis e pane albo tostis eodem vino dulci madentibus. frigidum impones.

Condimentum quo gallina vel pullus farcitur. iecur et ventriculum e gallina manu diligenter eximes, ita ne quid frangas. haec minutatim concisa cum ovo permisce, et croceum colorem adde si placet. addes et olus viride concisum, vel uvas passas minores: his immisis pollinem aromaticum affundes et ventrem gallinae religabis, eamque in olla coques eo genere quod suffucationem vocant, (*verdempffen*). Caeterum pro gallina assanda, condimentum hoc in patella mixtum cum ovo subiges, et in ventrem immittes, Idem. Praescribit et alios quosdam modos, (*ein angelegre henn/knödle von hennen*<)> quos brevitatis gratia relinquo.

Aliqui gallinam pullam in optimo vino albo discoquunt, et dissolutam coctione diutina exprimunt, colantque ius, et cum ovi vitello ad ignem miscent. hac sorbitione prostratas aegrorum vires mirifice restaurari aiunt. ¶ Liquamen quomodo fiat ex adipe gallinaceo et anserino, vide in Sue F. ex Platina ¶ Porcelli

prezzemolo versaci del vino, agitali insieme, aggiungi dello zucchero e qualche aroma, e versa nel brodo in cui la gallina è stata cotta: e non farla cuocere ulteriormente affinché il colore verde non scompaia.

CONDIMENTO PER GALLINE LESSATE: Metti in una pentola una gallina lessata tutta intera oppure suddivisa a pezzi, ben ripulita, versaci pochissima acqua con poco vino dolce e aggiungi un po' di burro e un pochino di polvere aromatica di noce moscata* o macis, cannella e chiodi di garofano. Evita accuratamente che questa portata rimanga troppo a lungo sul fuoco. Infatti diventa del tutto inutilizzabile. La toglierai dal fuoco quando la gallina tende al rosso e ha poco brodo. Se piacerà dolce, vi aggiungerai dello zucchero da solo o con degli aromi.

Sempre da Balthasar Staindl UN'ALTRA VIVANDA PREPARATA CON POLLI O CON CAPPONI CON PANE ABBRUSTOLITO, ETC. Lui in tedesco la chiama *plutzte huener*. Condrai dei polli o dei capponi arrostiti e tagliati a pezzi con zucchero insieme a degli aromi e li cospargerai con vino dolce e li metterai su fette tostate di pane bianco inzuppate con lo stesso vino dolce. Servirai freddo.

CONDIMENTO CON CUI UNA GALLINA O UN POLLO VENGONO FARCITI. Facendo attenzione toglierai con la mano dalla gallina il fegato e lo stomaco in modo da non rompere nulla. Dopo averli tritati a pezzettini mescolali con un uovo, e, se ti va, aggiungi un colorante color zafferano. Aggiungerai anche del cavolo verde pestato, oppure dell'uvetta passa piccola: dopo avervi messo questi ingredienti vi spargerai della polvere aromatica e ricucirai il ventre della gallina e la farai cuocere in una pentola alla maniera che chiamano stufato (*verdempffen*). Inoltre, per fare una gallina arrosto, impasterai dentro a una padella questo condimento amalgamato con un uovo e glielo metterai nella pancia, sempre Balthasar Staindl. Consiglia anche alcune altre modalità (*ein angelegre henn/knödle von hennen*) che tralascio per motivi di brevità.

Alcuni fanno cuocere per bene una gallina giovane in ottimo vino bianco e la spremono dopo che si è disfatta con una cottura protratta, e fanno colare il brodo, e lo mescolano sul fuoco con un tuorlo d'uovo. Dicono che con questa bevanda vengono meravigliosamente ripristinate le energie esaurite dei malati. ¶ Come si possa preparare un sugo dal grasso di gallina e di oca,

¹⁹³ Il sostantivo greco neutro indeclinabile *máker* oppure *mákeir* indica in Dioscoride l'arillo profumato della noce moscata (Lorenzo Rocci). Arillo è l'involucro che si sviluppa attorno all'ovulo dei vegetali a partire dal funicolo, di aspetto generalmente carnoso e che permane ad avvolgere il seme, in parte o completamente, come per esempio quello rosso, ricco di sostanze zuccherine del tasso* o albero della morte, *Taxus baccata*. - In latino il vocabolo greco suona *macir* in Plinio *Naturalis historia* XII,32: Et macir ex India advehitur, cortex rubens radice magna, nomine arboris suae. - Pierandrea Mattioli* fa una lunga disquisizione a proposito dell'identificazione sia del *máker* di Dioscoride che dell'equivalente *macir* di Plinio, ma per brevità accettiamo quanto riferito da Lorenzo Rocci, e accettiamo *macere* invece di *macir*, in quanto *macer* viene declinato da Mattioli come sostantivo latino maschile. - In italiano *macir* si è trasformato in macis, che è il nome commerciale dell'involucro carnoso - dell'arillo - che avvolge il seme della noce moscata: da fresco ha colore rosso vivo e diventa giallo rossastro quand'è essiccato.

dimidia parte assi et dimidia elixi, fartique turdis ac ventriculis gallinaceis, Athenaeus meminit libro 9. ¶ Mutagenat, est cibus qui fit in aliquo vase cum lacte seminum communium (cucurbitarum generis,) iure gallinae et vitellis ovorum. conditur autem saccharo et polline qui constat cinnamomo, spica, cubebis, calamo aromatico et cari semine. coquitur ad ignem, et apposita super vas testa calida, Sylvaticus.

¶ Ex volucrum genere gallinae (gallinaceum genus) omnibus praestant. sint autem altiles, Aëtius in cura colici affectus. Avium caro minus nutrit quam quadruped<i>um, sed facilius concoquitur, praecipue perdicis, attagenis, columbae, gallinae et galli, Galenus 3. de alimentis. Idem in libro de cibis boni et mali succi enumerans cibaria laudata, et neque tenuem neque crassum succum (aut sanguinem) gignentia, adnumerat ex avibus gallos et gallinas, etc. quod et in aliis libris ab eo repetitur, et secutis eum authoribus aliis. Temperatum bonumque sanguinem ornithopula (id est pulli gallinacei) gignunt nec tenuem nec crassum plus iusto, Simeon Sethi. Gallinae (et pullorum gallinaceorum, Sethi) caro facile concoquitur, Galenus in libro de diff. continui. Minus suavis est quam phasiani, sed similis ei in coctione et nutrimento, Ibidem. Gallinae caro accomoda est siccis, Galen. 6. de sanit. tuenda. Gallinacei utiles sunt calidis et siccis, Idem 8. Methodi. Gallinae co<ho>rtales non edendae sunt homini qui {ociose} <otiose> vivat, sed montanae potius, Idem in libro de atten. victu. Gallinacei pulli prosunt iis qui minus se exercent et otiosis, (hoc Galenus non concedit, cuius haec sunt verba: Gallinaceae carnis usum, iis quibus ratione victus tenui opus est, exercitatis quidem non prohibeo, praesertim earum quae in montibus fuerint educatae, at qui se non exercent, iis gallinacea carne minus utendum est. alis tamen gallinarum vel in tenui victus ratione vesci licebit: quanquam neque viscera, neque gallinaceorum testes huic diaetae sunt idonea.) et simul quibus facile obstruuntur meatus. his insuper qui stomachum calidum habent, unaque alvum promovent, Symeon Sethi. Gallinarum (vel gallinaceorum pullorum) caro secundo loco est quo ad bonum succum generandum post attagenas, praesertim si pinguis fuerit. talis etiam corpus humectat et otiosos iuvat, coloremque bonum comparat, et

vedi nel capitolo del maiale paragrafo F tratto da Platina*. ¶ Ateneo* nel libro IX - 19,376c-d - cita il maialino per metà arrosto, per metà bollito e farcito con tordi* e stomaci di pollo. ¶ *Mutagenat* è un cibo che viene preparato in un vaso di terracotta con succo lattiginoso di semi comuni (del genere delle cucurbitacee), con brodo di gallina e con tuorli d'uovo. Viene condito con zucchero e una polvere aromatica fatta di cannella, cervino*, pepe cubebe*, calamo aromatico* e semi di cumino* tedesco. Lo si fa cuocere sul fuoco e dopo aver collocato sopra al vaso un coperchio caldo di terracotta, Matteo Silvatico*.

¶ In seno al genere degli uccelli le galline (il genere dei gallinacei) sono superiori a tutti. Ma devono essere di allevamento, Ezio di Amida* quando parla della cura delle affezioni coliche. La carne degli uccelli nutre meno di quella dei quadrupedi, ma viene digerita più facilmente, soprattutto quella di pernice*, di francolino*, di piccione, di gallina e di gallo, Galeno* libro III *De alimentorum facultatibus*. Sempre lui in *De probis pravisque alimentorum succis* - o *De bonis malisque succis* - quando elenca i cibi approvati, e che non generano un umore (o sangue) né troppo fluido né denso, riporta tra gli uccelli i galli e le galline, etc. Il che viene da lui ripetuto anche in altri trattati e da altri autori suoi seguaci. Gli *ornithopula* (cioè i polli) fanno produrre un sangue di giusta composizione e buono, e non è né più fluido né più denso del giusto, Simeon Sethi*. La carne di gallina (e dei polli, Sethi) viene facilmente digerita, Galeno nel libro *De differentia symptomatum* (?). È meno gradevole di quella del fagiano*, ma le somiglia per quanto riguarda la digeribilità e il potere nutritivo, nello stesso trattato. La carne di gallina è adatta per coloro che sono disidratati, Galeno VI *De sanitate tuenda*. I polli sono utili per coloro che sono accaldati e disidratati, sempre lui nel libro VIII del *Methodus medendi*. Le galline da cortile non debbono essere mangiate da un essere umano che vive nell'ozio, ma piuttosto quelle di montagna, sempre lui nel trattato *De victu attenuante* - o *De subtiliante diaeta*. I polli fanno bene a quelli che fanno poca attività fisica e agli oziosi (Galenus non è d'accordo su ciò, e queste sono le sue parole: L'uso della carne di pollo da parte di coloro per i quali è necessario uno scarso apporto alimentare, non la proibisco se hanno fatto dell'esercizio fisico, soprattutto di quelle galline che sono state allevate in montagna, ma quelli che non fanno attività fisica debbono usare carne di pollo in quantità minore. Tuttavia sarà comunque lecito nutrirsi di ali di galline quando il fabbisogno alimentare è basso: anche se né le interiora, né i testicoli dei galli sono adatti a questo tipo di regime alimentare.) e contemporaneamente a coloro che vanno facilmente incontro a subocclusione intestinale. Inoltre per coloro che hanno lo stomaco infiammato e contemporaneamente hanno diarrea, Simeon Sethi. La

genitali semini adijcit, et cerebri substantiam auget. et in primis earum (vel pullorum) medulla. haec enim cerebrum abunde nutrit. et idcirco aiunt, quod his qui leviori ingenio ac mente sunt, prodest, Idem. Caro pullorum gallinaceorum (gallinarum alfethi¹⁹⁴) intellectum auget. vocem clariorem reddit, et genituram in iuvenibus auget, Avicenna. Gallorum veterum caro astringit, ius solvit. (vide infra in G.) gallinarum vero ius astringit, Galenus in opere de simplicibus, et ad Pisonem¹⁹⁵. Galli excipiuntur a cibus ictericorum, nisi moderate carnosus fuerint, in libello de cura icteri qui Galeno adscribitur. Pullus cohortalis quo tenerior est, eo minus alimenti praestat, Celsus¹⁹⁶. Inter aves melior est caro alduragi, (id est francolini, Bellunensis) et gallinarum est subtilior ea. et non sunt cum nutrimento carni alchabugi, et altaiaigi et altedarigi, Avicenna. Gallinae succum gignunt temperatum, nam neque calidae sunt, ut facile in bilem abeant: [391] nec frigidae, ut pituitam augeant.

carne delle galline (o dei polli) occupa il secondo posto dopo i francolini al fine di produrre un buon sangue, soprattutto se è grassa. Siffatta carne rende umido il corpo e giova agli oziosi, e procura un bel colorito, e fa aumentare il seme genitale, e rinvigorisce la sostanza cerebrale. E in primo luogo il midollo delle galline (o dei polli). Infatti esso nutre il cervello in abbondanza. E pertanto dicono che giova a coloro che hanno un'intelligenza e una mente piuttosto debole, sempre Simeon Sethi. La carne dei polli (delle galline che non hanno ancora deposto) accresce l'intelligenza. Rende la voce più squillante e nei giovani fa aumentare lo sperma, Avicenna*. La carne dei galli vecchi fa da astringente intestinale, il loro brodo fa da lassativo (vedi sotto in G). Ma il brodo delle galline fa da astringente, Galeno in *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus*, e in *De theriaca ad Pisonem*. I galli vengono esclusi dall'alimentazione degli itterici, a meno che siano poco carnosus, nel libello *De cura icteri* che viene attribuito a Galeno. Il pollo da cortile quanto più è tenero tanto meno cibo fornisce, Celso*. Tra gli uccelli è migliore la carne dell'*alduragi* (cioè del francolino, Andrea Alpagò*) e quella delle galline è più tenera della precedente. E non appartengono alle carni nutrienti l'*alchabugi*, e l'*altaiaigi* e l'*alteredarigi*, Avicenna. Le galline danno un succo di giusta composizione, infatti non sono né calde tanto da trasformarsi facilmente in bile: né fredde, sì da favorire le forme da raffreddamento.

Pagina 391

Itaque nescimus qua ratione vulgus et medici quidam podagricis eas interdicit ceu podagram generantes, quod si fieret, nullam certam ob causam, sed occulta quodam proprietate contingeret. ab authoribus quidem nihil huius modi proditum est. (Putavit Aristoteles eum qui aliquandiu gallinas pingues esitaverit, inducere hereditatem haemorrhoidum et podagrae, Rasis.) Coloris bonitatem faciunt: et cerebella earum substantiam cerebri augent, ac sensus acuunt. Ipsae in cibo conveniunt convalescentibus et otiosis, praecipue pulli et antequam coierint, Elluchasem. Idem in tabulis laudat eas quae pascantur viridi et libero campo: genituram augere scribit et cerebrum, exercitio utentibus convenire, praesertim cum bono vino odorato: temperatis, pueris, vere. calidas esse temperate,

Pertanto non sappiamo per quale motivo la gente e alcuni medici proibiscano le galline ai gottosi come se scatenassero la gotta*, in quanto se ciò si verificasse, accadrebbe per nessun motivo certo, ma per una qualche proprietà occulta. In realtà da parte degli autori non è stato tramandato nulla di siffatto. (Aristotele* fu dell'avviso che colui che avesse mangiato galline grasse per un certo periodo di tempo avrebbe causato un'eredità per le emorroidi e la gotta, Razi*). Conferiscono un bel colorito: e i loro cervelli migliorano la sostanza cerebrale e acquiscono i sensi. Esse sono adatte nell'alimentazione dei convalescenti e degli oziosi, soprattutto i polli e prima che abbiano cominciato ad accoppiarsi, Elluchasem Elimithar* o Ibn Butlan. Sempre lui nei suoi *Tacini sanitatis* loda quelle che vanno a pascolare in un campo verde e senza recinzioni: scrive che potenziano lo sperma e il cervello, che sono adatte a coloro che fanno esercizio fisico,

¹⁹⁴ Pagina 415: Gallinae alfethi, secundum expositores Arabes, sunt gallinae quae nondum pepererunt ova, Andrea Bellunen.

¹⁹⁵ Pierandrea Mattioli dà come referenza solamente il *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus* di Galeno. - Pierandrea Mattioli *Commentarii in libros sex Pedacii Dioscoridis Anazarbei De Materia Medica*, 1554, pag. 186: Tametsi Gallinarum ius simplex (ut Galeno proditum est libro XI. simplicium medicamentorum) retinendi vim habeat; gallorum tamen veterum cum sale diutius decoctorum, subducendi facultatem obtinet. - Se non vogliamo leggere la Teriaca, è giocoforza credere a Gessner.

¹⁹⁶ *De medicina* II,18,8: Neque vero in generibus rerum tantummodo discrimen est, sed etiam in ipsis; quod et aetate fit et membro et solo et caelo et habitu. Nam quadrupes omne animal, si lactens est, minus alimenti praestat, itemque quo tenerior pullus cohortalis est; in piscibus quoque media aetas, quae non summam magnitudinem inplevit.

vel in secundo abscessu. gallos vero calidos et siccos in secundo. praeferri ex eis qui vocis temperatae sunt, stomachum roborare. convenire frigidis, decrepitis, hyeme: nutrimentum ex eis non laudari. ¶ Gallina est temperatae carnis et levis, Albert. ¶ Galli caro durior quam gallinae est, Idem. Decrepiti galli carnes teneriores sunt quam iunioris, et si quid inest viscosum decoctione consumitur, Idem.

¶ Caro gallinarum iuvenum est calida et humida, licet parum: unde Galenus temperatam esse scripsit. pulchrum colorem efficit, quamobrem a mulieribus appetitur. Sed nimis annosarum caro frigida est et sicca, difficilis concoctu, sicut et gallorum et caponum decrepitorum. Avicenna tertia primi: Praestant (inquit) gallinae quae in ventre agni aut hoedi assantur. earum enim humiditates conservantur. Pullorum marium caro est temperata, ad humiditatem declinans quod ad nos. facile concoquitur, sanguinem laudabilem gignit, appetitum roborat, omnibus fere temperamentis conveniens. ius eorum humores aequat et ventrem solvit Avicennae. ius vero gallinarum magis nutrit. Pullastrarum vero caro humidior et minus calida est, non aequae sanis conveniens, sed magis intemperatis quibusdam. ex his earum quae nondum peperere caro, mediocriter pinguis, proba et temperata est Avicennae. Gallina siccior est quam pulli, et ventrem nonnihil astringit, quem pulli humectant, quare elixae magis quam assae gallinae sunt comedendae, Isaac.

¶ Electio. Galli gallinaeque veteres improbantur. eliguntur pulli mediocriter pingues, Savonarola. Mares antequam cantent aut coeant: foeminae antequam pariant, (cum parere incipiunt, Arnoldus Villanov.) Idem, Sym. Sethi, Avicenna, Rasis, Elluchasem. Capos praepingues assos medios inter maciem et pinguedinem comedes. idem fiet de gallina et pullastra, Platina. His tamquam saluberrimis vesci debent quotidie vel maiori ex parte, quicumque sanitatis rationem habent, Elluchasem. Gallinae meliores sunt hyeme. quia tum minus foetu exhauriuntur. Pulli vero

soprattutto con un buon vino profumato: a dire il vero ai bambini bisogna darle tiepide. Debbono essere moderatamente calde specialmente nella seconda fase dello svezzamento. Ma nel secondo periodo dello svezzamento i galli debbono essere caldi e asciutti. Tra di loro vanno preferiti quelli dotati di voce poco squillante, e irrobustiscono lo stomaco. In inverno sono adatti per coloro che sono freddolosi e senza energie: il nutrimento che se ne può ricavare non viene apprezzato. ¶ La gallina ha una carne di giusta composizione - né calda né fredda - e leggera da digerire, Alberto Magno*. ¶ La carne di gallo è più dura di quella di gallina, ancora lui. Le carni di un gallo decrepito sono più tenere di quelle di un gallo più giovane, e se posseggono una qualche viscosità, essa viene eliminata dalla cottura prolungata, ancora Alberto.

¶ La carne delle galline giovani è calda e umida, anche se poco: per cui Galeno scrisse che è di giusta composizione. Conferisce un bel colorito, per cui è ricercata dalle donne. Ma la carne delle galline troppo vecchie è fredda e asciutta, difficile da digerire, così come accade anche per quella dei galli e dei capponi decrepiti. Avicenna* nella terza sezione del primo libro del *Canon medicinae* dice: Sono migliori le galline che vengono arrostate nella pancia di agnello o di capretto. Infatti i loro umori si conservano. La carne dei polli maschi è di giusta composizione, tendente all'umido quel tanto che ci serve. Viene facilmente digerita, fa produrre buon sangue, rafforza l'appetito, e si addice a quasi tutti i temperamenti. Per Avicenna il loro brodo equilibra gli umori ed è lassativo. Ma il brodo di gallina è più nutriente. Ma la carne delle pollastre è più umida e meno calda e giustamente non si addice in modo appropriato alle persone sane, ma maggiormente ad alcuni che vivono senza moderazione. Per Avicenna la carne di quelle che non hanno ancora depresso è poco grassa, di buona qualità e di giusta composizione. La gallina è più asciutta dei polli, ed è un po' costipante, mentre i polli rendono le feci acquose, motivo per cui le galline debbono essere mangiate più bollite che arrosto, Isacco Giudeo*.

¶ SCELTA. I galli e le galline vecchi non sono apprezzati. Vengono preferiti i polli poco grassi, Michele Savonarola*. I maschi prima che comincino a cantare o ad accoppiarsi: le femmine prima che depongano (quando cominciano a deporre, Arnaldo da Villanova*), Savonarola, Simeon Sethi, Avicenna, Razi, Elluchasem. I capponi estremamente grassi li mangerai arrostiti quando si trovano a mezza strada fra magrezza e obesità. Lo stesso accadrà per la gallina e la pollastra, Platina*. Tutti coloro cui sta a cuore il benessere fisico debbono mangiarli tutti i giorni o molto spesso, in quanto sono molto salutari, Elluchasem. Le galline sono migliori in inverno. In quanto in questo periodo

aestate dum tritura fit, dumque adhuc de vite omphacium pendet, esui meliores habentur: masculi tamen magis quam foemellae, Platina. Galli ante interfectionem fatigari debent, Elluchasem. Gallinae (parum iuvenes scilicet, quo minus durae sint) statim occisae eviscerari debent, et suspendi a matutino tempore usque ad vespertinum, vel contra, Arnoldus de Villanov. Vulgo experimento cognitum est pullos albos in ventriculo non facile coqui, ut Gilb. Anglicus scribit¹⁹⁷. Marsilius tamen praefert albos pro hecticis¹⁹⁸, tanquam minus calidos, {Gaynerius} <Guainerius>. Gallinas albas nigris aliqui suaviores esse tradunt, Chrysippus apud Athenaeum. Gallorum et gallinarum caro alimenti est inter aves optimi. quia facile in sanguinem vertitur, et parum excrementosa est. Caro autem gallinarum est melior quam gallorum, nisi sint castrati. nigrarum quoque et quae nondum peperunt caro est melior et levior. Veterum autem, praecipue gallorum, caro nitrosa est et salsa, cibo inepta, Sylvius. Gallinas autem carnem tunc habere suavissimam, cum non alimento abunde eis exhibito, ipsae suis pedibus scalpentes non sine labore cibum inveniunt, Clemens 2. Stromat.

¶ Hippocrates in libro de internis affectionibus, A pituita (inquit) maxime in aquam intercutem transitus fit, etc. in hac qui curabilis est, obsonium edat carnem galli assatam et calidam, etc. Et rursus, Qui pituita alba laborat, etc. in coena utatur galli carnibus et suis tritis. In morbo crasso etiam a pituita putrefacta obsonium e gallinaceo pullo cocto commendat. Et alibi in eodem libro, Ab {hepate} <hepati> laborans aqua intercute, etc. galli carnem assatam calidam habeat. ¶ Aretaeus in curatione cephalaeae carnes nuper interfecti galli laudat. Morsus a cane rabido pullorum ius sorbeat, Arnoldus de Villan. ¶ Qui gallinaceam carnem esitaverint, non statim lac acidum (oxygala) sumant: quoniam observatum est colicos morbos inde fieri, Sym. Sethi.

¶ Gallinarum ius astringit, gallorum vero veterum ventrem solvit, ut scribit Galenus lib. 11. de simplicib. et in libro de attenu. victu. Vide mox in G.

vengono spossate di meno dalla deposizione. Ma i polli sono ritenuti migliori da mangiare in estate quando c'è la trebbiatura, e quando dalla vite penzola ancora l'uva acerba: tuttavia i maschi più delle femmine, Platina. I galli bisogna stremarli prima di ucciderli, Elluchasem. Le galline (ovviamente un po' giovani, affinché siano meno dure) non appena sono state uccise debbono essere sventrate e tenute appese dal mattino alla sera, o il contrario, Arnaldo da Villanova. Come scrive Gilbertus Anglicus*, è noto per esperienza comune che i polli bianchi non vengono facilmente digeriti a livello gastrico. Tuttavia Marsilio di Santa Sofia* per coloro che soffrono di febbre continua preferisce i polli bianchi in quanto meno caldi, Antonio Guainerio*. Alcuni riferiscono che le galline bianche sono più gustose di quelle nere, Crisippo* in Ateneo*. Tra gli uccelli la carne dei galli e delle galline è un ottimo alimento. In quanto si trasforma facilmente in sangue e sa poco di escrementi. Ma la carne delle galline è migliore di quella dei galli, a meno che siano castrati. Anche la carne delle galline nere che non hanno ancora deposto è migliore e più leggera da digerire. Invece la carne dei soggetti vecchi, soprattutto dei galli, sa di salnitro ed è salata, inadatta come cibo, Jacques Dubois*. Ma le galline hanno una carne gustosissima quando, non dando loro da mangiare in abbondanza, esse stesse trovano il cibo ruspando con le loro zampe non senza una certa fatica, Tito Flavio Clemente* nel II libro degli *Stromata*.

¶ Ippocrate nel trattato *De internis affectionibus* dice: Da parte delle forme da raffreddamento il tragitto si svolge soprattutto attraverso l'acqua del sottocutaneo, etc. In questa affezione chi può guarire deve mangiare come cibo della carne di gallo arrostita e calda, etc. E ancora: Chi soffre di catarro bianco etc., a cena deve usare carne di gallo e di maiale tritata. In caso di catarro purulento anche da raffreddore putrido raccomanda un cibo costituito da pollo lesso. E in un altro punto dello stesso trattato: Chi ha degli edemi dovuti al fegato, etc., deve poter disporre di carne di gallo arrostita e calda. ¶ Areteo di Cappadocia* nella cura della cefalea loda la carne di gallo appena ucciso. Chi è stato morsiato da un cane rabbioso deve bere brodo di pollo, Arnaldo da Villanova. ¶ Coloro che hanno mangiato carne di pollo non debbono berci dietro del latte acido (*oxygala*): infatti si è visto che ne scaturiscono delle coliche, Simeon Sethi.

¶ Il brodo di gallina dà stipsi, invece quello di galli vecchi fa da lassativo, come scrive Galeno nel libro XI del *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus* e nel trattato *De victu attenuante* - o *De*

¹⁹⁷ *Compendium medicinae* (circa 1250).

¹⁹⁸ 'Che ha la febbre continua', dal greco *hektikós* = che ha un'abitudine, abituale, da cui *hektikòs pyretós* = febbre continua che porta alla consunzione.

¶ Gallinarum sanguis non est inferior sanguine suum, sed multo peior leporino. sunt qui eo vescantur, Galenus lib. 3. de alimentis. Et rursus lib. 10. de simplicib. cap. 4. Non pauci (inquit) pro alimento habent sanguinem leporis et gallinarum, et ex iis etiam qui urbes incolunt complures.

¶ Patina ex capitibus et interaneis caponum et gallinarum: Gallinarum atque avium iecuscula, pulmones, pedes, capita et colla, bene lavabis. Lota et elixa in patinam sine iure transferes. Indes acetum, mentham, petroselinum, inspergesque piper aut cinnamum, ac statim convivis appones, Platina¹⁹⁹.

¶ Gallinaceorum cristae et paleae nec probandae nec improbandae sunt, Galenus libro tertio de alimentis.

¶ Ventres et hepat<i>a anserum pinguium, deinde gallinarum pinguium omnibus praeferuntur, Elluchasem. Ventriculus volatilium si concoquatur, uberrime nutrit. Gallinae quidem et anseris [392] praestantissimus est, Galenus in libro de cibis boni et mali succi.

Ventriculi in cibo laudantur prae intestinis, praesertim altilium gallinarum, magisque etiam anserum. Sunt enim perquam suaves: caeterum crassi durique, eoque ad concoquendum difficiles: sed quibus semel coctis multum alimenti insit, Galenus si bene memini. Ventriculi animalium non laudantur in cibo, praeter ventriculum gallinarum, aut anserum, aut gruis, Arnoldus Villanov.

¶ Gallinarum alae bene coquantur, et bene nutriunt. conveniunt e balneis redeunti. item in victu attenuante, Galenus in diversis locis. Alae avium in cibum sumptae saluberrimi sunt alimenti, praecipue autem gallinarum, sunt qui et anserinas his addant, frequenti enim motu si quid mali succi inest, purgatur. Similiter quoque anserina et gallinacea colla (quam) caeterarum volatilium meliora putantur, si sanguine intercutaneo caruerint, Platina²⁰⁰. Gallinaceorum lacte nutritorum alae et testes in siccitatibus conveniunt, Galenus 7. Methodi.

¶ Inter hepat<i>a primatus anserino: quod ut humidius et tenerius est, ita sapore suavius:

subtiliante diaeta. Vedi tra poco al paragrafo G.

¶ Il sangue delle galline non è da meno del sangue dei maiali, ma è di gran lunga peggiore di quello di lepre. Vi sono alcuni che se ne cibano, Galeno libro III *De alimentorum facultatibus*. E poi nel libro X capitolo 4 del *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus* dice: Non pochi si cibano del sangue di lepre e di gallina, e tra costoro anche parecchi che abitano in città.

¶ UN PASTICCIO PREPARATO CON TESTE E INTERIORA DI CAPPONI E GALLINE: Lava accuratamente i fegatelli, i polmoni, le zampe, le teste e i colli delle galline e degli uccelli. Lavate e bollite passerai queste cose in un piatto da portata senza il brodo. Vi metterai aceto, menta, prezzemolo e vi spruzzerai del pepe o della cannella* e lo servirai subito ai convitati, Platina.

¶ Le creste e i bargigli dei galli non sono né da lodare né da disprezzare, Galeno libro III *De alimentorum facultatibus*.

¶ A tutti vengono preferiti gli stomaci e i fegati delle oche grasse, quindi delle galline grasse, Elluchasem. Lo stomaco degli uccelli, se lo si digerisce, nutre moltissimo. Quello di gallina e di oca è il migliore, Galeno nel trattato *De probis pravisque alimentorum succis* - o *De bonis malisque succis*.

Pagina 392

Vengono apprezzati come cibo più gli stomaci degli intestini, soprattutto delle galline da allevamento, e ancor di più delle oche. Infatti sono estremamente gustosi: ma sono grassi e duri e pertanto difficili da digerire: ma una volta cotti posseggono molto potere nutritivo, Galeno*, se ben ricordo. Gli stomaci degli animali non sono apprezzati come cibo, eccetto lo stomaco delle galline, o delle oche, o della gru, Arnaldo da Villanova*.

¶ Le ali di gallina si digeriscono bene, e nutrono bene. Sono adatte per chi è di ritorno dai bagni pubblici. Parimenti in una dieta dimagrante, Galeno in diversi passi. Le ali degli uccelli usate come cibo sono un alimento estremamente salubre, ma specialmente quelle delle galline, e vi sono alcuni che a queste aggiungono anche quelle di oca: infatti con il frequente movimento se hanno dentro qualche umore malsano, viene rimosso. E così pure i colli delle oche e dei polli vengono ritenuti migliori (di) quelli degli altri uccelli a condizione che nello spessore della pelle siano prive di sangue, Platina*. Le ali e i testicoli dei galli nutriti con latte sono utili negli stati di disidratazione, Galeno capitolo VII del *Methodus medendi*. ¶ Tra i vari fegatelli il

¹⁹⁹ IV,18 - *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499.

²⁰⁰ V,14 - *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine* (Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499): Similiter quoque anserina & gallinacea colla caeterarum volatilium meliora putant: si sanguine inter { }cutaneo caruerint.

secunda laus hepatis gallinaceo, Rasis ex Galeno. ¶ Gigeria²⁰¹, intestina gallinarum cum his et ita (forte, cum gallinis ita) cocta, Lucilius lib. 8. Gigeria sunt sive adeo hepetia, (hepatia.) Nonius. Quidam sic citant, Gigeria sine oleo, his vescamur alacriter. Intestina gallinarum cum rebus aliis incocta, veteres gigeria vocabant, Hermolaus. Gallinacei testes et viscera non conveniunt in victu attenuante, Galenus. ¶ Gallinaceorum renes, testes et iecur, praesertim altilium, boni succi sunt, Galenus. Testes eorum suavissimi sunt, et probum alimentum corpori conferunt, Idem. 3. de alimentis. Et rursus, Per omnia optimi sunt. In siccitatibus (affectibus et constitutionibus siccis) conveniunt, Idem 7. Methodi. Gallorum lacte aliorum testes utiles sunt in syncope ex succis tenuibus, Idem. 12. Methodi. Cur gallinaceorum testes, quos lacte saginant, amplissimi et concoctu faciles fiant, causam adfert Alexander Aphrodisiensis in Problematibus 2. 73. interprete Gaza. Testes galli (alias galli castrati. qui scilicet a castrando eximuntur) laudabiles sunt et faciles concoctu, Avicenna. Languentibus dari consueverunt, Galenus in Commentario in librum de victus rat. in morb. ac. dandi in tertiana, Idem ad Glauconem. Iis qui ex syncope marasmo²⁰² contabescunt, testiculos gallorum, quos Graeci orchis²⁰³ et parastatas appellant, dare oportet. perpetuo enim omnibus hectica²⁰⁴ laborantibus commodi existunt, cum abunde nutrire et vires augere possint, ubi probe concocti fuerint, quapropter id alimenti semper exhibendum est, ubi vires nondum ad extremum collapsae fuerint. quod enim praesidium deinceps esse potest, si natura alimentum concoquere non possit? Alex. Trallianus. Gallinaceos praeparamus (in usum praecipue hecticorum et phthisicorum²⁰⁵) pane in lac acidum et serosum merso si ante nutrimus quam iugulemus, ut testes habeant gratissimos et praestantissimos: idque ante coitum, ne virus ex semine oleant. sic enim boni sunt succi, valide nutriunt, facile coquentur, Sylvius citans

primato va a quello di oca: poiché quanto più è umido e tenero, tanto più è di sapore gradevole: il secondo elogio va al fegato di pollo, Razi* traendolo da Galeno. ¶ Le frattaglie sono i visceri delle galline cotti così insieme a loro (forse, così con le galline), Lucilio* nel libro VIII delle satire. Altrimenti sono *gigeria* - o *gizeria* - persino i fegatelli, Nonio Marcello*. Alcuni lo citano così: Le frattaglie senza olio, di esse ci cibiamo assai. I visceri delle galline con altre cose cotte insieme gli antichi li chiamavano *gigeria*, Ermolao Barbaro*. I testicoli e le interiora del gallo non sono adatti in una dieta dimagrante, Galeno. ¶ I reni, i testicoli e il fegato dei polli, soprattutto di quelli da allevamento, hanno potere energetico, Galeno. I loro testicoli sono gustosissimi e forniscono al corpo un alimento di buona qualità, ancora lui nel III libro del *De alimentorum facultatibus*. E ancora: Sono ottimi per tutte le situazioni. Sono indicati negli stati di disidratazione (malattie e costituzioni secche), ancora lui nel libro VII del *Methodus medendi*. I testicoli dei galli nutriti con latte sono utili nella sincope da liquidi poco densi, ancora lui nel libro XII del *Methodus medendi*. Alessandro di Afrodisia* in *Problemata* II,73 tradotto da Gaza* riferisce il motivo per cui i testicoli dei galli che sono nutriti con latte diventano enormi e facili da digerire. I testicoli del gallo (oppure di un gallo castrato, che ovviamente vengono estratti durante la castrazione) sono pregevoli e facili da digerire, Avicenna*. Si è presa l'abitudine di darli a coloro che sono debilitati, Galeno *In Hippocratis de victus ratione in morbis acutis* in corso di febbre terzana e *Ad Glauconem de medendi methodo*. A coloro che si stanno consumando nel deperimento organico dovuto a continui svenimenti, è opportuno dare i testicoli dei galli, che i Greci chiamano *órcheis* e *parastátai*. Infatti risultano utili a tutti coloro che sono perennemente affetti da febbre continua, dal momento che sono in grado di nutrire in abbondanza e di accrescere le forze se vengono digeriti bene, motivo per cui questo tipo di alimento deve sempre essere somministrato quando le forze non sono ancora crollate del tutto. Infatti, come può essere un presidio di seconda istanza se la natura non è in grado di digerire un alimento? Alessandro di Tralles*. Prepariamo i galli (soprattutto per essere utilizzati dai pazienti con febbre continua e dai cachettici) se prima di sgozzarli li nutriamo con del

²⁰¹ Forse si tratta di un vocabolo punico.

²⁰² Il sostantivo greco maschile *marasmós* significa deperimento, consunzione.

²⁰³ Il sostantivo maschile ὄρχις al nominativo plurale attico suona ὄρχεις e in quello ionico suona ὄρχιες. - Il sostantivo maschile παραστάτης significa colui che sta presso, quindi colui che combatte a fianco, compagno d'armi; in senso anatomico al plurale identifica i testicoli.

²⁰⁴ 'Febbre continua', dal greco *hektikós* = che ha un'abitudine, abituale, da cui *hektikós pyretós* = febbre continua che porta alla consunzione.

²⁰⁵ Il verbo greco *phthio* significa mi consumo, muoio. - Il sostantivo greco *kachéktēs* - da *kakós*+*écho* - significa in brutte condizioni fisiche. Attualmente in medicina si usa il termine cachettico per indicare una persona solo più pelle e ossa, come si presentava, per esempio, gran parte degli *ospiti* dei campi di concentramento.

²⁰⁶ *Naturalis historia* XXX,123: Gallinaceorum testes si subinde a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur.

Galenus librum 3. de aliment. ¶ Gallinaceorum testes subinde si a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur, Plinius²⁰⁶.

G.

DE REMEDIIS EX OMNI GALLINACEO GENERE, GALLIS, GALLINIS,

pullis, eorumque partibus et excrementis. De ovis tantum seorsim agetur in Gallina G.

Morbo regio resistit gallina, si sit luteis pedibus prius aqua purificatis, dein collutis vino quod bibatur, Plinius²⁰⁷. Gallinaceum pinguem verno tempore dempta cute et interaneis, sale fartum in umbra suspendito, donec arefiat: mox illum exossato, atque una cum sale conterito, in vitrea hamula ad usus servato, obolis duobus si bibitur, mire Venerem concitare dicitur, Alexand. Benedictus. ¶ Mirabile remedium in arthritide a muliere quadam, et adhibetur in quovis loco ubi iuncturae exeunt (forte, existunt.) Gallina bene habita quadrima, absinthio referta, coquatur in tribus situlis aquae ad duarum partium consumptionem. hinc aeger foveatur (vaporetur, fiat stufia,) bis quotidie donec liberetur, fricando semper ad inferiora, Additiones ad practicam Varignanae. ¶ Pullas et capos iure et carne viperarum cum pane subactis nutrit Matthaëus Gradi ad usque deplumationem, curaturus horum esu elephanticos, Sylvius. Serpentem varium, qui inter alios minimum habet veneni, et Germanice vocatur ein huf (vocem a librarijs corruptam conijcio) cum tritico coque, deinde sic cocto tritico gallinam pasce, et idem ius pro potu praebe. Huius gallinae carnibus accipiter pastus pennas mutabit, et morbum, si quem habet, expellet, Albertus. ¶ Ex gallo vulturino vivo remedium ad elephantiasin Aetius²⁰⁸ praescribit, ut recitabimus in Vulture G. qualis autem hic gallus sit non docet. idem quidem remedium ex vulture etiam fieri ait.

pane inzuppato in latte acido e siero, affinché abbiano dei testicoli gustosissimi ed eccellenti: e ciò lo facciamo prima che comincino ad accoppiarsi affinché non mandino odore di sperma. Infatti così hanno potere energetico, nutrono parecchio, verranno facilmente digeriti, Jacques Dubois* citando il libro III del *De alimentorum facultatibus* di Galeno. Se una donna mangia dei testicoli di gallo appena dopo aver concepito, si dice che in utero si generano dei maschi, Plinio*.

G

SUI RIMEDI DERIVATI DA TUTTO IL GENERE DEI GALLINACEI, GALLI, GALLINE,

polli, e dalle loro parti ed escrementi. Delle uova se ne parlerà solo separatamente nel paragrafo G della gallina.

Una gallina, se ha le zampe gialle, prima ripulite con acqua, quindi lavate con vino che deve essere bevuto, è efficace contro l'itterizia, Plinio. In primavera appendi all'ombra un gallo grasso farcito di sale dopo avergli tolto la pelle e le interiora, fintanto che non si sia essiccato: quindi disossalo e tritalo con sale, mettilo a conservare in un vaso di vetro pronto per l'uso, se viene bevuto nella dose di due oboli* [circa 1 g], si dice che stimola in modo meraviglioso le schermaglie sessuali, Alessandro Benedetti*. ¶ Uno straordinario rimedio in corso di artrite, impiegato da una donna, e da usarsi in qualsiasi distretto dove si lussano (forse *esistono*) le articolazioni. Si faccia cuocere in tre brocche d'acqua, fino a ridurle a un terzo, una gallina di quattro anni in buone condizioni generali, dopo averla rimpinzata di assenzio*. Con questo liquido il malato deve riscaldarsi (faccia dei vapori, si faccia una sauna) due volte al giorno fino a quando non viene liberato dai sintomi, massaggiando sempre verso il basso, in *Additiones ad practicam* di Guglielmo da Varignana*. ¶ Giovanni Matteo de Gradi* nutrì, con brodo e carne di vipere misti a pane, le pollastre e i capponi fino al periodo della muta, allo scopo di curare, mangiandoli, coloro che hanno l'elefantiasi*, Jacques Dubois. Fa cuocere con del frumento* un serpente variegato, che rispetto agli altri ha pochissimo veleno, e viene detto in tedesco *ein huf* (una parola che ritengo sia stata alterata dai tipografi), quindi dà da mangiare a una gallina il grano cotto in questo modo e dalle da bere anche il brodo. Un falco* che ha mangiato le carni di questa gallina cambierà le penne e scaccerà la malattia da cui è affetto, ammesso che lo sia, Alberto Magno*. ¶ Ezio di Amida* prescrive come rimedio contro l'elefantiasi un gallo vivo simile all'avvoltoio*, come abbiamo detto a proposito

²⁰⁷ *Naturalis historia* XXX,93: Morbo regio resistunt sordes aurium aut mammarum pecudis denarii pondere cum murræ momento et vini cyathis II canini capitis cinis in mulso, multipeda in vini hemina, vermes terreni in aceto mulso cum murræ, gallina, si sit luteis pedibus, prius aqua purificatis, dein collutis vino, quod bibatur, [...]

²⁰⁸ Libro XIII cap. 130 della relazione lunga: *γυπαλέκτωρ*. (Antonio Garzya, 25 gennaio 2005, lettera indirizzata a Roberto Ricciardi)

dell'avvoltoio nel paragrafo G. Ma quale sia questo gallo non lo specifica. Dice peraltro che lo stesso rimedio si può ottenere anche dall'avvoltoio*.

¶ Ius. Ad uteros: Gallinam iugulato et festucam lineo panniculo involutam intra avem conde, eamque consuato, elixato, et ius potui dato, Author Euporistorum quae Galeno tribuuntur 3. 237. Gallinarum ius simplex alvum retinere, veterum autem gallorum eandem subducere experti sumus, Galenus lib. 11. de simplicibus et in libro de theriaca ad Pisonem. Gallinarum iuniorum ius simplex ad temperanda humorum vitia datur, et in ardoribus stomachi utile est, Dioscorides. Graece legitur, δίδεται ἐπικράσεως χάριν τῶν φαυλοτήτων. cum Galenus de eodem scribat, ὅτι ἐπικρατήτικῆς ἐστὶ δυνάμεως, hoc est facultatem cohibendi et astringendi habere, videtur autem utrunque vere dici, ut et ἐπικρατητικόν hoc ius sit, id est fluxiones reprimat: et ἐπικεραστικόν, hoc est humorum acrimoniam temperet.

¶ BRODO. PER L'ADDOME: Sgozza una gallina e metti dentro al volatile della festuca* avvolta in un panno di lino, quindi cucilo, fallo bollire e dà da bere il brodo, l'autore degli *Euporista* - Oribasio* - che vengono attribuiti a Galeno, III,237. Abbiamo potuto verificare che il brodo semplice di gallina provoca stipsi, ma quello dei galli vecchi fa da lassativo, Galeno nel libro XI del *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus* e in *De theriaca ad Pisonem*. Il brodo puro e semplice delle galline più giovani viene dato per risistemare le alterazioni degli umori ed è utile nei bruciori di stomaco, Dioscoride*. In greco suona: *didetai epikráseos chárin tón phaulotēton* - *provoca un beneficio al temperamento dei più prostrati*. Siccome Galeno di questo brodo scrive: *bóti epikratētikés esti dynámeos*, cioè, possiede proprietà bloccante e astringente, in realtà sembra che ambedue dicano il vero, in quanto questo brodo è *epikratētikón*, cioè sopprime le perdite dei liquidi: e *epikerastikón*, cioè mitiga l'acredine degli umori.

Pagina 393

Marcellus {Virgilius} <Virgilius> Dioscoridis interpres, haec verba δίδεται ἐπικράσεως χάριν φαυλοτήτων, [393] sic reddidit in annotationibus: Datur ad emendanda in homine temperamentis sui vitia, quod minime probo, quum et verba Graeca repugnent, et temperamentis vitia etiam contraria esse possint. Idem ostendit se hunc locum de galli iunioris iure²⁰⁹, in Graecis codicibus Dioscoridis pl{a}erisque omnibus uno excepto non reperisse, in vetere tamen Latina translatione, et apud Serapionem quoque extare. Ad sensum quidem necessarius est perficiendum, et sententiam veram continet.

Marcellus Virgilius*, traduttore di Dioscoride*, queste parole, cioè *didetai epikráseos chárin phaulotēton*, le traduce così nel suo commento: Viene somministrato per correggere nell'essere umano le alterazioni del suo temperamento, ma non lo approvo assolutamente, sia perché le parole greche sono in contraddizione, sia perché le alterazioni del temperamento possono anche essere in contrapposizione. Egli stesso dimostra che non ha trovato il passaggio relativo al brodo di gallo giovane nella maggior parte di tutti i codici greci di Dioscoride, eccetto uno, e che tuttavia si trova nella vecchia traduzione latina e anche in Serapione*. In realtà il passaggio ha bisogno di un'integrazione a senso, e contiene un'affermazione vera.

²⁰⁹ Nella prima edizione della traduzione latina - senza testo greco a fronte - di Jean Ruel del *De materia medica di Dioscoride* (1516) viene tralasciata una frase che è stata oggetto di contestazione circa la sua autenticità, difesa invece a spada tratta da Marcellus Virgilius. Questa frase riguarda l'impiego del brodo di gallo giovane. Nell'edizione del 1549 della traduzione di Ruel l'editore parigino - o la vedova dell'editore - Arnold Birkman, grazie alla collaborazione di Jacobus Goupylus, include la frase greca facendola precedere da un asterisco per metterne in evidenza la sospetta non autenticità, e ovviamente manca la rispettiva traduzione latina di Ruel, in quanto era morto nel 1537. Parte del testo di Aldrovandi (pag. 277: *Sciunt itaque tyronum ingenia ius Galli iunioris, et Gallinae, diversa omnino, ac plene contraria a iure Galli veteris vi pollere. Iunioris enim Galli, Gallinaeve ius, maxime si et ipsa iuvenis fuerit, vitiosos humores temperat quidem, at non educit, et in ardoribus stomachi, authore Dioscoride, etsi ea verba Ruellius vel neglexit, vel illegitima iudicavit (leguntur enim in antiquissimo codice, teste Marcello, et a Serapione etiam referuntur) simpliciter paratum datur:[...] sembra tratto dal commento a Dioscoride di Pierandrea Mattioli* che si affidava alla traduzione di Ruel. Pertanto Mattioli tralasciò di inserire la frase nel testo di Dioscoride in latino (in quanto Ruel non la tradusse dal greco) e nel commento a II,43 *Gallinae, et Galli* dice: "Codices Graeci typis expressi hoc in loco habent ὁ δὲ ξωμός τοῦ νόοσακος μάλιστα δίδεται ἐπικράσεως χάριν φαυλοτήτων, καὶ ἐπὶ τῶν στόμαχον πυρουμένων λιτῶςσκευασθεῖς. hoc est ad sensum: Ius galli iunioris maxime datur ad contemperandos humores vitiosos, et in ardoribus stomachi simpliciter paratum. Verba illa Ruellius, cuius interpretationem alioquin sequimur, vel neglexit, vel illegitima iudicavit. Nos vero huc ea afferenda duximus, non solum quod in vulgatis codicibus, ac antiquissimo (teste Marcello) legantur; sed quia etiam a Serapione referuntur. Quibus etiam subscribere videtur verborum series, et communis rei usus." (*Commentarii in libros sex Pedacii Dioscoridis Anazarbei De Materia Medica*, 1554, pag. 186) - Si può aggiungere che nell'edizione del 1499 del solo testo greco del *De materia medica* di Dioscoride curata da Aldo Manuzio la frase greca incriminata manca ed è stata scritta, sembra a mano, a bordo pagina.*

Ius gallinarum, si aestate in eo grana uvae immaturae decoquantur, bilem extinguit, Nic. Massa. Alvim cit et gallinaceorum decoctum ius, et acria mollit, Plinius²¹⁰. Sed acria mollire, id est mordaces humores temperare, gallinarum iuri magis convenire iudico, earumque iuniorum: gallinaceorum minus, et minime quidem veterum, cui ipsi tamen alvim ciendi facultas maior. Ius gallinae iuvenis et pinguis temperat complexionem, et est optima medicina leprosis, Averrois. Ius e gallinaceo dysentericis medetur, sed veteris gallinacei vehementius.} salsum ius alvim cit, Plinius²¹¹. hic quoque ut galli iunioris ius in dysenteria prodesse facile concesserim, ita an veteris quoque gallinacei ius ei conveniat, addubito: et verbum vehementius ita interpretari malim, quasi hoc ius vehementius magisque medicamentosum sit, quam ut dysentericos iuvel: non autem quasi vehementius aut efficacius illis medeatur. Itaque galli iunioris ius dysentericis utile dixerim, veteris inutile, salsum insuper noxium. Si torminosi vel coeliaci propter frequentes desurrectiones viribus deficientur, dandum erit eis ius gallinae pinguis excoctae cum butyro, Marcellus. In iliaco affectu (inquit Aretaeus, Iunio Paulo Crasso Patav. Interprete) alimenta alvim ducentia exhibeantur, ut iuscula gallinarum. Ad inflammationes tonsillarum et anginas gallinae hoedive iusculo utere, Galenus Euporiston 2.15. Cava iecoris purgat galli veteris ius, Trallianus. Ius e vetere gallinaceo alvim deijcit. abiectis itaque interaneis salem conijci oportet. et consuto ventre decoqui in viginti sextariis²¹² aquae, donec ad tres heminas (Marcellus {Vergilius} <Virgilius> suspicatur sextariorum et heminarum numeros, pro rei necessitate maiores, vitiumque in eorum notis forte esse. Plinius²¹³ quidem in

Il brodo di gallina, se in estate vi vengono fatti stracuocere degli acini di uva acerba, fa svanire l'ira, Nicola Massa*. Anche il brodo di polli stracotti stimola l'intestino ed elimina le acidità, Plinio*. Ma ritengo che si addica maggiormente al brodo di gallina il fatto di eliminare le acidità, cioè di mitigare gli umori pungenti, e di gallina giovane: si addice meno a quello di gallo, e per nulla a quello di gallo vecchio, il quale tuttavia possiede una capacità lassativa maggiore. Il brodo di gallina giovane e grassa agisce da moderatrice della costituzione individuale, ed è un'ottima medicina per i lebbrosi, Averroè*. Il brodo di pollo fa guarire i dissenterici, ma un brodo salato di gallo vecchio fa da lassativo in modo più energico, Plinio. Anche a questo riguardo, così come potrei facilmente ammettere che il brodo di gallo giovane è utile in corso di dissenteria, altrettanto dubito che il brodo di gallo vecchio vi trovi indicazione: e preferirei interpretare la parola *vehementius* nel modo seguente, come se questo brodo fosse più potente e più curativo, e non che giova ai dissenterici: infatti non è che li cura con maggior forza ed efficacia. Pertanto io direi che il brodo di gallo giovane torna utile nei casi di dissenteria, che quello di gallo vecchio è inutile, e che quello salato oltretutto è dannoso. Se a coloro che soffrono di coliche o di dolori intestinali mancano le energie a causa delle frequenti alzate da letto, bisognerà somministrare loro del brodo di gallina grassa fatta cuocere col burro, Marcello Empirico*. In caso di occlusione intestinale (dice Aretaeo di Cappadocia*, tradotto da Giunio Paolo Grassi* di Padova) bisogna somministrare dei cibi che stimolano l'intestino, come i brodini di gallina. Per le infiammazioni delle tonsille e i mal di gola ti servirai di un brodino di gallina o di capretto, Galeno* - Oribasio* - *Euporista* II,15. Il brodo di gallo vecchio ripulisce le cavità ascessuali del fegato, Alessandro di Tralles*. Il brodo fatto con un gallo vecchio fa scaricare l'intestino. Pertanto, dopo aver tolto le frattaglie è necessario metterci del sale. E dopo aver ricucito la pancia farlo stracuocere in venti sestari [10 l] di acqua, fintanto che

²¹⁰ *Naturalis historia* XXX,68: Alvim ciet gallinaceorum discoctorum ius et acria mollit, ciet et hirundinum fimum adiecto melle subditum. - Qui Gessner sbaglia a citare Plinio. Infatti un conto è preparare un consommé - che è un brodo ristretto, ottenuto facendo ridurre con lunga bollitura a fuoco lento del comune brodo di bue, di pollame o di pesce - un conto è preparare un brodo facendo stracuocere il pollo, come sta affermando Plinio.

²¹¹ *Naturalis historia* XXX,57: Ius ex gallinaceis isdem medetur, sed veteris gallinacei vehementius salsum ius alvim ciet. - Un semplice punto ha la capacità di far incriminare un povero Plinio che, oltretutto, forse non s'era mai interessato di brodi di pollo. Il tipografo - oppure un amanuense - ha messo un punto di troppo, un punto assente nelle attuali edizioni, e che altera il senso della frase di Plinio, come subito fa correttamente rilevare Gessner nella sua breve disquisizione clinica che avrebbe potuto essere evitata. Infatti secondo il Plinio del XX-XXI secolo - quello senza il punto fra *vehementius* e *salsum* - se il brodo di pollo fa da astringente, un brodo salato di gallo vecchio è più lassativo del solito. E il potere lassativo dobbiamo ascriverlo in primo luogo al sale! E Gessner - nonostante il punto - approda a questa interpretazione, che si basa sul potere osmotico di un qualunque cibo o bevanda salati: il sale richiama acqua nell'intestino e idrata le feci. Stavolta Plinio aveva ragione, ma cancellando il fatidico punto, che verosimilmente non fu mai suo. E Gessner era un bravo medico.

²¹² Vedi il lessico alla voce Pesi e misure*.

²¹³ *Naturalis historia* XXIX,78-80. (Aldrovandi) - [78] Carnibus gallinaceorum ita, ut tepebunt avulsae, adpositis venena serpentium domantur, item cerebro in vino poto. Parthi gallinae malunt cerebrum plagis inponere. Ius quoque ex iis potum praecclare medetur, et in multis aliis usibus mirabile. Pantherae, leones non attingunt perunctos eo, praecipue si et alium fuerit incoctum. [79] Alvim

tribus congiis, id est octodecim heminis coqui iubet) redigantur: totum id refrigeratum sub divo, datur. Aliqui incoquunt brassicam marinam, mercurialem, cnicum²¹⁴, aut filiculam. Crudos humores crassosque, atram bilem, et strigmenta elicit. prodest longis febribus, suspiriis, articulariis morbis, et inflationibus stomachi, Dioscor. Ius e gallinaceo alvum solvit. Validius e vetere gallinaceo. Prodest et contra longinquas febres, et torpentibus membris tremulisque, et articulariis morbis, et capitis doloribus, epiphoris, inflationibus, fastidiis, incipienti tenesmo, iocineri, renibus, vesicae: contra cruditates, suspiria. Itaque etiam faciendi eius extant praecepta. Efficacius enim cocti cum olera marino, aut cybio (cnico forte, ut Dioscorides) aut cappari, aut apio, aut herba mercuriali, aut polypodio, aut anetho: utilissime autem in congiis tribus aquae ad tres heminas (id est libras fere) cum supradictis herbis, et refrigeratum sub divo dari tempestivis antecedente vomitione, Plinius.

Ius e gallo vetere (inquit Avicenna 2. 296.) ex Galeni praescripto sic fit. Gallus nutritus cursu fatigetur donec cadat, tum decolletur et exenteratus impleatur sale, consuaturque filo, et coquatur in viginti sextariis aquae usque ad tres cotylas, et id omne semel bibatur. quod si polypodium et anethum adjiciantur, utile erit adversus articularum dolorem ac tremorem, etc. ut Dioscorides. Et rursus, Ius galli veteris cum polypodio et anetho in colico affectu saluberrimum est. Febribus aut longis galli nova iura vetusti | Subveniunt, etiam tremulis medicantia membris, Serenus. Decrepitorum

non si sono ridotti a tre emine [750 ml] (Marcellus Virgilius ha dei sospetti sui numeri dei sestari e delle emine, che per forza sono troppo grandi, e forse esiste un errore nella loro trascrizione. Ma anche Plinio prescrive di far cuocere in 3 congi [3,27 litri x 3], cioè 18 emine): il tutto viene somministrato dopo averlo fatto raffreddare all'aria aperta. Alcuni vi fanno cuocere il cavolo marino*, dell'erba mercuriale* - o mercorella, del cartamo* o del polipodio*. Fa espellere i liquidi mal digeriti e densi, l'atrabile* e le scorie. Giova negli stati febbrili protratti, nelle mancanze di respiro, nelle affezioni delle articolazioni e nei gonfiori di stomaco, Dioscoride. Il brodo di gallo fa da lassativo. Più efficacemente se preparato con un gallo vecchio. Giova anche contro le febbri protratte, e alle membra irrigidite e tremanti, e alle affezioni articolari, e ai mal di testa, alla lacrimazione eccessiva, ai gonfiori di pancia, alle disappetenze, alle fitte intestinali incipienti, al fegato, ai reni, alla vescica: contro le indigestioni e le mancanze di respiro. Pertanto esistono anche delle regole per prepararlo. Infatti è più efficace se è cotto con cavolo marino o con una fetta di tonno salato (forse con del cardo benedetto, come dice Dioscoride) o con dei capperi*, o con sedano, o con della mercorella, o con del polipodio o con dell'aneto*: in verità lo si prepara molto bene in tre congi di acqua [3,27 litri x 3] insieme alle erbe suddette fino a ridurlo a 3 emine [750 ml] (cioè quasi a 3 libbre [327,45 g x 3]) e somministrandolo dopo averlo fatto raffreddare all'aria aperta se un po' prima si è provocato il vomito, Plinio.

I brodo preparato con un gallo vecchio (dice Avicenna* in II,296) in base alla prescrizione di Galeno si fa nel modo seguente. Si fa affaticare un gallo ben nutrito finché non cade morto, quindi gli si recide il collo e dopo avergli tolto le interiora lo si riempie di sale e lo si ricuce con del filo, e deve essere fatto cuocere in venti sestari [10 l] di acqua fintanto che si riducono a tre cotile - o 3 emine [750 ml], e il tutto lo si deve bere in una sola volta. Se gli si aggiungono dell'aneto o del polipodio, sarà utile contro i dolori articolari e il tremore, etc., come Dioscoride. E ancora: Il brodo di gallo vecchio con polipodio e aneto è molto efficace in caso di coliche. I brodi appena preparati di gallo

solvit validius e vetere gallinaceo, prodest et contra longinquas febres et torpentibus membris tremulisque et articulariis morbis et capitis doloribus, epiphoris, inflationibus, fastidiis, incipiente tenesmo, iocineri, renibus, vesicae, contra cruditates, suspiria. [80] Itaque etiam faciendi eius extant praecepta: efficacius coci cum olera marino aut cybio aut cappari aut apio aut herba Mercuriali, polypodio aut anetho, utilissime autem in congiis III aquae ad III heminas cum supra dictis herbis et refrigeratum sub diu dari, tempestivius antecedente vomitione.

²¹⁴ Lo *κνίκος* di Dioscoride, in latino *cnicus*, che in Ippocrate, Aristotele e Teofrasto è scritto *κνήκος*, dovrebbe corrispondere al cartamo, *Carthamus tinctorius*. Per Pierandrea Mattioli “è notissima pianta, e chiamasi in Italia volgarmente zaffarano Saracinesco, quantunque gli spetiali, imitando gli Arabi lo chiamano Carthamo. Usano alcuni il suo fiore ne i cibi in vece di zaffarano. Il semo solo è quello, che s'adopera nell'uso della medicina. Enne di due spetie domestico cioè, e salvatico come recita Teofrasto al 4. cap. del 6 lib. dell'istoria delle piante [...] Solve il Carthamo (diceva Mesue) la flemma per di sotto, e parimente per vomito, e similmente l'acquosità del corpo, e vale alle infermità, che si generano da quelle, come dolori colici, e simili. Al che giova parimente messo ne i clisteri. Mondifica, conformato in lettouario, il petto, e'l polmone, e rischiara la voce: aumenta il suo uso il seme humano. Il suo fiore tolto con acqua melata, giova al trabocco di fiele. Questo tutto del Carthamo scrisse Mesue.” (pag. 804, *Discorsi*, 1585 - commento al capitolo 189 del libro IV di Dioscoride, *Del Cnico*)

gallorum caro (inquit Io. Mesue lib. 2. de purgantibus cap. 23. Iacobo Sylvio paraphraste) nitrosa et salsa, cibo inepta, medicamentosa est, iure suo maxime. potissimum vero gallorum ruforum, qui ad motum sint alacres, ad coitum ardentis, ad dimicandum fortes, obesorum et macrorum medii: quoque vetustiores, eo magis sunt medicamentosi Galeno. Id ius ob nitrosam et salsam substantiam calidum est, lavat, terget, tenuat, flatus dissipat, cum semine anethi vel dauci et polypodio et sale gemmae coctum: et dolorem ventriculi, coli, ilium, renum, a flatibus ortum sedat, obstructa aperit. Purgat pituitam quidem cum turbit et cnico, ob id confert arthriticis doloribus ex hac natis, melancholiam vero cum epithymo et polypodio: et cum iisdem, atque thymo, hyssopo, anetho et sale gemmae, arthriticis confert. Gallus autem furfure a Galeno nutritus, aliis etiam melle et pauco sale, plurimum fatigetur vel a nobis venantibus, vel potius dimicando, decapitatus, et exenteratus cum sale, aut sale gemmae, igne lento, aqua sufficiente coquatur ad duarum aquae partium consumptionem: aliis atque aliis simul incoctis pro variis medicorum scopis. Potatur eius decoctum ad libras duas, Haec ille.

Hierocles in *Hippiatricis*²¹⁵ curationem equi anhelosi praescribens, inter caetera oleum laurinum, rosaceum, crocum, vinum vetus, etc. simul decoqui iubet una cum gallinaceo, et hoc decoctum una cum hydromelite et ovo per dies sex in equi nares infundi.

Veteris galli iure usi sunt frequenter prisci pro medicamento alvum molliente, et ad ichores²¹⁶ educendos. alvum mire proritat, si satis copiose sumatur, hoc est ad tres vel quatuor communes pateras. (nam una patera nihil efficit. alibi a libra una ad duas bibi iubet.) in qua copia potum etiam capi ius ventrem emollit. gallinacei vero pulli ius etiamsi multo copiosius hauriatur, nihil omnino educet. Sed plura de his iuribus scripsi in Commentariis nostris in librum de ratione victus in morb. acut. Antonius Musa Bras{s}av. Et rursus, Ius e vetere gallo atram bilem educere, ut Serapio

²⁵⁷ *Naturalis historia* XXIX,139: Ventris gallinaceorum membrana, quae abici solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, gallinarum adeps. - Il *gallinarum adeps*, messo da Plinio come una postilla esplicativa di cosa sia la membrana che abitualmente si getta via, è invece un ulteriore rimedio contro l'otite purulenta. - Certo è che i testi di Plinio potrebbero essere abbondantemente utilizzati per confezionare i rebus della Settimana Enigmistica!

²⁵⁸ *Naturalis historia* XXX,27: Linguae ulcera et labrorum hirundines in mulso decoctae sanant, adeps anseris aut gallinae rimas, oesypum cum galla, araneorum telae candidae et quae in trabibus parvae texuntur.

¶ Dentientium puerorum gingivas gallinaceorum pingui molliendas Aegineta consulit.

¶ Laudant et gallinarum adipem contra pustulas in papillis: has scilicet eius rei gratia saginant, Vvotton.

¶ Adeps anser. aut gall. recens et sine sale conditus, ad vulvae vitia proficit, (vel, ut alibi, mulieribus malis convenit:) sale inveteratus, et qui temporis spatio acrimoniam concepit, vulvae inimicus est, Dioscor. Anserini vel gall. adipis usum ad foetum pellendum in Anser diximus. Recens laudatur ad dolorem matricis: et in eiusdem apostemate instar emplastri imponitur, Rasis. Cum nardo liquefacta ad muliebria pessaria facit, Kiranides.

¶ Galli cristam contritam morsibus canis rabidi efficaciter imponi aiunt, Plinius²⁵⁹ et Kiranides. Gallinae cristam aridam da in cibo ei qui mingit in lecto nescienti: curabitur, Rasis. alii hoc remedium ex gula et larynge promittunt. Capitis doloribus remedio est gallinaceus, si inclusus abstineatur die ac nocte, pari inedia eius qui doleat, evulsis collo plumis circumligatisque, vel cristis, Plinius²⁶⁰, et Marcellus sed paulo aliter.

¶ Ossiculis gallinarum in pariete servatis, fistula salva, {adacto} <tacto> dente, vel gingiva scarificata, proiectoque ossiculo, statim dolorem abire tradunt, Plinius²⁶¹. Inguinibus mirabile exhibet remedium, ex gallinacea ala ossiculum extremum, cochleario terebratum, nodisque septem licio ligatum, atque ita brachio vel cruri eius partis quae inguina habet suspensum, Marcellus.

¶ Gallinae tibiae cum pedibus coctae, et cum sale, oleo acetoque comestae, coli (alias colli) sedant dolorem, Constantinus et Aesculapius. Ego coli legendum puto ex Marcello Empirico, cuius haec sunt verba: Gallinam per totum diem a cibo abstineto. dein postero die

¶ Paolo di Egina* prescrive che le gengive dei bambini in fase di dentizione vengano ammorbidite con grasso di pollo.

¶ Lodano anche il grasso di gallina contro le pustole dei capezzoli: è ovvio che le ingrassano per questo motivo, Edward Wotton*.

¶ Il grasso fresco di oca o di pollo, e senza l'aggiunta di sale, torna utile contro le affezioni vulvari (o, come dice in un altro punto, torna utile nelle malattie ginecologiche): quello fatto stagionare con sale e che col tempo è diventato rancido, è nemico della vulva, Dioscoride. Nel capitolo dell'oca ho parlato dell'impiego del grasso di oca o di pollo per l'espulsione del feto. Quello fresco viene decantato contro il dolore dell'utero: e in caso di ascesso uterino viene applicato come empiastro, Razi. Liquefatto con del nardo serve da pessario* per le donne, Kiranide.

¶ Dicono che contro i morsi di un cane rabbioso viene applicata con ottimi risultati la cresta tritata di un gallo, Plinio e Kiranide. Metti nel cibo una cresta essiccata di gallina a chi urina nel letto senza saperlo: guarirà, Razi. Altri garantiscono questo rimedio usando la gola e la laringe. Un rimedio per i mal di testa è rappresentato da un gallo se, tenuto rinchiuso, rimane digiuno un giorno e una notte, facendolo digiunare tanto come colui che ha il dolore, e se dopo avergli rimosso le piume dal collo esse vengono avvolte intorno alla testa del paziente, oppure usando le creste, Plinio, e Marcello, ma in modo un po' diverso.

¶ Riferiscono che il dolore scompare immediatamente se si tocca il dente oppure se si incide la gengiva con degli ossicini di gallina conservati in un muro con la loro cavità midollare intatta, e se l'ossicino viene gettato via, Plinio. L'ossicino più periferico di un'ala di pollo forato con lo strumento appuntito per mangiare le chiocciole - oppure con un succhiello - e legato con sette nodi a un filo, e così sospeso o al braccio o alla gamba di quel lato che presenta delle tumefazioni inguinali, ne rappresenta un rimedio meraviglioso, Marcellus.

¶ Le gambe di gallina fatte cuocere con i piedi e mangiate con sale, olio e aceto fanno calmare il dolore del colon (oppure, del collo), Costantino ed Esculapio. Io ritengo che bisogna leggere *del colon* da Marcello Empirico le cui parole sono le seguenti: Fa astenere una gallina dal cibo per tutto il giorno. Quindi il giorno

²⁵⁹ *Naturalis historia* XXIX,100: Aiunt et cristam galli contritam efficaciter imponi et anseris adipem cum melle.

²⁶⁰ *Naturalis historia* XXIX,113: Cornicis cerebrum coctum in cibo sumptum vel noctuae, gallinaceus, si inclusus abstineatur die ac nocte, pari inedia eius, cuius doleat, evulsis collo plumis circumligatisque vel cristis, mustelae cinis inlitus, surculus ex nido milui pulvino subiectus, murina pellis cremata ex aceto inlito cinere, limacis inter duas orbitas inventae ossiculum per aurum, argentum, ebur traiectum in pellicula canina adalligatum, quod remedium pluribus semperque prodest.

²⁶¹ *Naturalis historia* XXX,26: Ossiculi gallinarum in pariete servati fistula salva tacto dente vel gingiva scariphata proiectoque ossiculo statim dolorem abire tradunt, [...].

cum eam occideris, crura eius cum sale et oleo inassato, et ieiuno colico qui se pridie cibo abstinerit manducanda dato, mirifice profueris.

¶ Gallinacei cerebellum recentibus plagis prodest, Plin.²⁶² Dioscorides animalia theriaca, id est quae vim morsibus venenatis contrariam habeant enumerans, gallinaceorum etiam cerebella in cibo commendat. Gallinarum cerebellum in vino bibendum datur contra serpentium morsus, Idem. Aesculapius et Constantinus. contra scorpionum ictus, Kiranides. Idem galli cerebrum cum aceto (alias condito) adversus serpentium morsus bibendum consulit. Venena serpentium domantur gallinaceorum cerebro in vino pota: Parthi gallinae malunt cerebrum plagis (morsibus serpentium) imponere, Plinius²⁶³. Gallinacea cerebella cum vino pota medentur viperarum morsibus, Dioscorid. ex Erasistrato et Aegineta. Ἡὲ σὺ γ'ἐγκεφάλιο πέριξ μῆνιγγας ἀραιὰς | Ὕρνιθος λάζιοι κατοικίδος, Nicander²⁶⁴. Petrichus etiam, ut Nicandri Scholiastes refert, contra serpentium morsus gallinae cerebrum commendat. Ad viperarum morsus: Galli cerebrum cum posca adiecto pipere, his qui a vipera percussi sunt vel morsi, potui dabis. auxilium maximum experieris, Sextus.

seguinte, quando l'avrai uccisa, fa arrostitire le sue gambe con sale e olio, e dalle da mangiare a digiuno a uno che soffre di dolori al colon, il quale il giorno precedente si sarà astenuto dal cibo, e lo aiuterai in maniera strabiliante.

¶ Il cervello di pollo è utile in caso di ferite recenti, Plinio. Dioscoride, elencando gli animali che proteggono dai veleni, cioè quelli dotati di un potere contro i morsi velenosi, raccomanda come cibo anche il cervello dei polli. Il cervello delle galline viene dato da bere con del vino contro il morso dei serpenti, ancora Dioscoride. Esculapio e Costantino lo consigliano contro la puntura degli scorpioni, Kiranide. Sempre lui è dell'avviso che contro il morso dei serpenti si debba bere il cervello del gallo con aceto (oppure con vino speziato aromatizzato con pepe e miele). I veleni dei serpenti vengono resi inoffensivi con il cervello dei polli bevuto con vino: i Parti* preferiscono applicare sulle ferite (sui morsi dei serpenti) il cervello di gallina, Plinio. Il cervello dei polli bevuto con vino fa guarire i morsi delle vipere, Dioscoride, che lo ricava da Erasistrato*, nonché Paolo di Egina. Ἐὲ σὺ γ'ενκεφάλιο πέριξ μῆνιγγας ἀραιὰς | Ὕρνιθος λάζιοι κατοικίδος - *Possa tu afferrare l'uccello domestico intorno alle sottili meningi del cervello*, Nicandro di Colofone*. Anche Petrico*, come riferisce il commentatore di Nicandro, raccomanda il cervello di gallina contro il morso dei serpenti. Contro il morso della vipera: A coloro che sono stati colpiti o morsi da una vipera darai da bere del cervello di gallo con acqua e aceto con l'aggiunta di pepe. Sperimenterai un enorme aiuto, Sesto Placito Papiense*.

Pagina 397

Contra omnium phalangiorum [397] (aranearum, Rasis) morsus remedium est gallinaceum cerebrum cum piperis exiguo potum in posca, Plinius²⁶⁵. Ad cunctos autem morsus ictusque minorum, | Exiguo piperis cerebrum conspergito galli, | Quo lita (alii autores bibi, non lini volunt) sanescunt depulso membra dolore, Serenus. Gallinarum cerebellum sanguinem a cerebri membrana profluentem (per nares a cerebri velaminibus, Avicenna) sistit, Dioscorides²⁶⁶ et Plinius²⁶⁷.

Contro i morsi di tutti gli aracnidi velenosi (dei ragni, Razi*) il cervello di pollo bevuto con acqua e aceto e con un pochino di pepe rappresenta un rimedio, Plinio*. Ma contro tutte le morsicature e le punture degli insetti, | metti sopra cervello di gallo con poco pepe, | e le aree che ne vengono ricoperte (altri autori sono dell'avviso che va bevuto, non applicato) guariscono con scomparsa del dolore, Sereno Sammonico*. Il cervello delle galline arresta il sangue che fuoriesce dalla membrana che avvolge il cervello (dalle membrane avvolgenti il cervello e che passa

²⁶² *Naturalis historia* XXX,117: Draconum quoque adeps siccatus in sole magnopere prodest, item gallinacei cerebrum recentibus plagis.

²⁶³ *Naturalis historia* XXIX,78: Carnibus gallinaceorum ita, ut tepebunt avulsae, adpositis venena serpentium domantur, item cerebro in vino pota. Parthi gallinae malunt cerebrum plagis imponere. Ius quoque ex iis potum praeclare medetur, et in multis aliis usibus mirabile. Pantherae, leones non attingunt perunctos eo, praecipue si et alium fuerit incoctum.

²⁶⁴ *Theriaca* versi 557-558 (Jacques, Paris, 2002) - Così suona nella traduzione latina di Jean de Gorris (1505-1577): Quaeque cohortalis gallinae parva cerebrum | membrana involvit, [...]. (Parigi, 1557)

²⁶⁵ *Naturalis historia* XXIX,88: Contra omnium morsus remedio est gallinaceum cerebrum cum piperis exiguo potum in posca, item formicae V potae, pecudum fimi cinis inlitus ex aceto et ipsi aranei quicumque in oleo putrefacti.

²⁶⁶ *De materia medica* II,43 di Mattioli: sanguinem a cerebri membrana profluentem sistit - II,42 di Marcellus Virgilius: Compescit idem ex cerebri membranis erumpentem sanguinem.

naribus sanguine fluentibus prodest, Marcellus. contra fluxum sanguinis a cerebro, Rasis. Ad sanguinem e naribus sistendum: Aut galli cerebro, vel sanguine tinge columbae, | Quod nisi supprimitur sanguis, potandus et ipse est, Serenus. Atqui Galenus in libro de simplicibus hoc remedium non tanquam e cerebello, sed e sanguine gallinae a quibusdam memoratum reprobatur, ut superius recitavi²⁶⁸. Cerebrum gallinarum in cibo sumptum acuit intellectum. quare caput asseritur cassare (sic habet codex impressus) caecitatem, Arnoldus in Breviario. Cerebrum gallinarum contra tremorem cerebri²⁶⁹ commendatur a Rasi. Gingivis puerorum infricatur ut dentes absque dolore nascantur, Kiranides.

¶ Quae interiore ventriculi galli sinu residet membrana²⁷⁰, secti in laminas cornus specie similis, quae inter coquendum abijci solet, siccatur, (et reponitur ad remedia,) Dioscor. Pellicula ceu cortex quidam intra ventriculum gallinae stercori destinata, echinus²⁷¹ ab aspritudine Graecis appellatur, et lactis coagulandi vim habet, Berytius apud Constantinum²⁷². haec vis alioqui propria tribuitur ruminantium adhuc lactentium ventriculis, quos et coagula nominant. Vide plura in Echino terrestri G. ab initio de nomine huius particulae. Magna fraude medicamentarii institores nobis imponunt, qui ex ventriculo, quo nihil in alitibus istis carnosus est, panniculos detractos et siccatos pro ingluvie vendunt. et haec est causa cur nemo hodie mihi cognoscatur, qui se feliciter in ventriculo roborando, pelliculis istis usum

attraverso le narici, Avicenna*), Dioscoride* e Plinio. Giova nei casi di narici che sanguinano, Marcello Empirico*. Contro il flusso di sangue che proviene dal cervello, Razi. Per fermare il sangue che esce dalle narici: Fa delle applicazioni o con cervello di gallo, oppure con sangue di piccione, e se il sangue non si arresta, bisogna pure berlo, Sereno Sammonico. Ma Galeno* in *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus* condanna questo rimedio, menzionato da alcuni non come preparato col cervello bensì col sangue di gallina, come ho riferito in precedenza. Il cervello di gallina assunto come cibo aguzza l'intelletto: Per cui si afferma che la testa annulla (così riporta il codice a stampa) la cecità; Arnaldo da Villanova* in *Breviarium practicae medicinae*. Il cervello di gallina viene raccomandato da Razi contro il tremore al capo - forse il tremore essenziale*. Viene sfregato sulle gengive dei bambini affinché i denti fuoriescano senza dolore, Kiranide*.

¶ Quella membrana che si trova all'interno dello stomaco del gallo, simile per aspetto a un corno sezionato trasversalmente, e che durante la cottura si è soliti gettare via, la si fa seccare (e la si conserva per farne dei rimedi), Dioscoride. Quella pellicola, o specie di scorza, situata all'interno dello stomaco della gallina, destinata a produrre lo sterco, per la sua ruvidezza viene detta dai Greci *echinos* - porcospino*, e possiede la proprietà di far coagulare il latte, il geonico* Berizio nella selezione delle opere geoniche fatta compilare da Costantino VII Porfirogenito* (oggi presente in *Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici*). Del resto questa proprietà viene attribuita, come specifica, allo stomaco dei ruminanti ancora lattanti, che chiamano anche caglio. Vedi maggiori dettagli nel capitolo relativo al riccio di terra, paragrafo G, a partire dall'inizio, circa il nome di questa formazione anatomica. I commercianti di farmaci ce la propinano ricorrendo a una grossa frode, in quanto dopo averle fatte essiccare ci vendono

²⁶⁷ Plinio parla dell'efficacia del cervello di gallina solo in caso di *profluvia ex cerebro* e non a *cerebri membrana* come Dioscoride. Ma, secondo gli antichi, l'epistassi umana originava dal cervello o semplicemente dal naso? - *Naturalis historia* XXX,112: Sanguinem sistit in naribus sebum ex omento pecudum inditum, item coagulum ex aqua, maxime agninum, subductum vel infusum, etiam si alia non prosint, adipis anserinus cum butyro pari pondere pastillis ingestus, coclearum terrena, sed et ipsis extractae testis; e naribus fluentem cocleae contritae fronti inlita, aranei tela; gallinaei cerebellum vel sanguis profluvia ex cerebro, item columbinus ob id servatus concretusque. Si vero ex vulnere inmodice fluat, fimi caballini cum putaminibus ovorum cremati cinis inpositus mire sistit.

²⁶⁸ A pagina 395

²⁶⁹ Come medici del XXI secolo si sarebbe tentati a tradurre questo tremore come tremore di origine cerebrale. Ma a *cerebrum* in questo caso - per motivi non solo etimologici - bisogna attribuire il significato di capo. Infatti *cerebrum* proviene dalla radice indoeuropea **kar*, la quale indica "ciò che è più in alto in un organismo", "capo". Verosimilmente la prescrizione di Razi contro il *tremor cerebri* è per coloro che soffrono del cosiddetto tremore essenziale al capo. Siccome non vengono riferiti altri sintomi, è giocoforza pensare al tremore essenziale, detto *essenziale* in quanto la sua patogenesi non è ancora stata chiarita in modo soddisfacente e pertanto non può essergli attribuito un nome preciso che ne esprima la causa. L'input per l'approfondimento della ricerca è dovuto al Dr Maurizio Melato, Specialista in Neurologia presso l'Ospedale di Alessandria (19-10-2005).

²⁷⁰ Si tratta della membrana di coilina del ventriglio, o stomaco muscolare. Nei gallinacci è facilmente staccabile con le sole mani, per cui il pollo è un uccello *kasher*, e oggi ogni Ebreo può cibarsene purché lo abbia accuratamente dissanguato.

²⁷¹ Il sostantivo greco maschile *echinos* identifica innanzitutto il riccio di terra o porcospino - *Erinaceus europaeus*. In seconda istanza identifica anche il riccio di mare, nome comune degli Echinodermi della classe Echinoidei; agli Echinodermi appartengono anche le stelle di mare, le oloturie, le ofiure e i crinoidi.

²⁷² Gessner ha già fatto questa citazione a pagina 387.

in ventriculo roborando, pelliculis istis usum profiteatur: Gyb. Longolius, non ex ventriculo, sed ex primo cibi in gallinis receptaculo, quod stomachum et ingluviem vocat, hanc membranam decerpendam sentiens. Atqui ego veteres hanc vim non ingluviei aut stomacho, id est ori ventriculi galli gallinaeve, sed ipsius ventriculi, quem *κοιλίαν* proprie vocant, interiori membranae, tribuisse asseruerim. Nam et Dioscorides *κοιλίαν* nominat de hac membrana agens lib. 2. cap. 43. tum ab initio, tum in fine eius capitis. quanquam adiecta in fine a quibusdam adulterina existimantur. Et Galenus libro 11. de simplicibus post coelian, id est ventriculum mergi statim huius membranae meminit, intus adverbium ponens pro eo quod est in ventriculo. Uno tantum in loco (libro tertio Parabilium, qui Galeno falso adscribitur) galli gulam una cum larynge (scribitur autem Graece etiam *γούλαν*) iis auxiliari qui strata permingunt, legimus.

Tunica interior gallinarum lixivio calido hora una maceratur, ter lavatur, deinde vino ter²⁷³ maceratur, et ter lavatur: iterum lixivio, post vino, et siccatur clibano ex quo panis extractus est, Sylvius ex Bartolemaeo [Bartholomeo] Montagnana. Ventris gallinaceorum membrana quae abijci solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, Plin.²⁷⁴ Galli gallinacei ex ventriculo interiore membrana, quae proijci solet, arefacta tritaque ex vino, adiecto paulo oppii, medicamen auribus utilissimum facit, quod calefactum infusum suppurationem eius (earum) expurgat et sanat, Marcellus. Pellis interior de ventriculo galli trita cum vino auribus prodest, et sputum (pus forte) movet, Constantinus.

come gozzo le membrane dallo stomaco, rispetto al quale in questi uccelli non c'è nulla di più carnoso. E questo è il motivo per cui oggi non conosco nessuno che dichiari di fare uso con esito positivo di queste membrane per rinvigorire lo stomaco: infatti Gisbert Longolius* è dell'avviso che nelle galline questa membrana vada staccata non dallo stomaco, ma dal primo ricettacolo del cibo, che egli chiama stomaco e gozzo. Ma io sarei propenso ad affermare che gli antichi attribuirono questo potere non al gozzo o allo stomaco ghiandolare - il proventricolo, cioè alla parte iniziale dello stomaco del gallo o della gallina, bensì alla membrana interna dello stomaco propriamente detto che correttamente chiamano *koilian* - cavità, cioè lo stomaco muscolare o ventriglio. Infatti anche Dioscoride cita la *koilian* quando parla di questa membrana nel libro II, capitolo 43, sia all'inizio che alla fine di questo capitolo. Anche se da alcuni vengono ritenute spurie le aggiunte finali. Anche Galeno, nel libro XI del *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus*, dopo la *coelian*, cioè lo stomaco dello smergo*, subito menziona questa membrana, mettendo l'avverbio *intus* - dentro, per il fatto che si trova dentro allo stomaco. Solo in un passo (nel III libro del *De remediis parabilibus* erroneamente attribuito a Galeno) leggiamo che la gola del gallo insieme alla laringe (infatti in greco si scrive anche *goulan*) giova a coloro che bagnano il letto con l'urina.

La membrana interna delle galline la si fa macerare per un'ora in lisciva* calda, la si lava tre volte, quindi la si fa macerare per tre volte in vino e tre volte la si lava: quindi nuovamente in lisciva, poi nel vino, e viene fatta essiccare in un forno da cui è stato tolto il pane, Jacques Dubois* che lo deduce da Bartolomeo Montagnana*. La membrana dello stomaco dei polli che abitualmente viene gettata via, fatta invecchiare e tritata nel vino, viene infusa calda nelle orecchie che secernono pus, Plinio. La membrana del gallo ricavata dallo stomaco, da quello posto all'interno del corpo, e che abitualmente viene gettata via, fatta essiccare e tritata nel vino, con l'aggiunta di un po' di oppio, costituisce un medicamento utilissimo per le orecchie, in quanto riscaldato e infuso ripulisce e guarisce la sua (la loro) suppurazione, Marcello Empirico. La membrana interna dello stomaco del gallo, tritata con del vino, è utile alle orecchie, e rimuove lo sputo (forse il pus), Costantino Africano*.

²⁷³ Sembra ovvio che bisogna ricambiare il vino tre volte, ma non si specifica quanto tempo deve intercorrere tra una macerazione e l'altra. Magari si cambia il vino dopo un'ora e si lava la membrana. Bisognerebbe disporre del testo di Montagnana. Potrebbe esserci scritto, che ne so, *terna*, sottinteso *hora*, per esprimere in un modo un po' insolito una macerazione in vino che deve durare tre ore, senza però ricambiarlo. Ma questa ipotesi è strampalata, perché dopo ciascuna macerazione in vino la membrana va lavata, e va lavata tre volte. Si tratta di fantasie prescrittive che solo certe menti eccelse possono elargire a noi comuni mortali. Oppure vogliono lasciare il tutto alla nostra inventiva, facendoci così assurgere al ruolo di terapeuti.

²⁷⁴ *Naturalis historia* XXIX,139: Ventris gallinaceorum membrana, quae abijci solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, gallinarum adeps.

¶ Gallinaceorum ventris membrana inveterata et inspersa potioni, destillationes pectoris et humidam tussim vel recens tosta lenit, Plinius²⁷⁵. Ventriculi gallinacei membranam, qua sordes aqualiculi continentur, arefactam terito diligenter, et cum vino potui dato, humidam tussim sedabis, Marcellus.

¶ Trita in vino convenienter stomachicis datur in potu, Dioscorides. Ant. G<u>ainerius has membranas praeparatas miscet medicamento cuidam ad confortandum ventriculum: item Leonellus medicamento ad stomachi dolorem. Tunicam interiorem ventriculi secundi gallinarum miro quodam modo, lotam et siccata, et potam, stomachicis augere coquendi facultatem, falsum esse expertus est Galenus (de medic. simplicib. lib. 11.) Unde subit admirari in ea {haeresi} <haerese> falsa medicos omnes etiam hodie permanere. Putant, opinor, eam vim illi esse, quod ea similis sit tunicae internae ventriculi nostri, sed vi tanta coquendi praedita, ut lapillos conficiat. sed aequius fuerit, eam tunicam ex struthiocamelo sumere, quippe cui mira sit natura coquendi, quae sine delectu devoravit, (ut refert Plinius 10.1.²⁷⁶) ut ferrum et ossa vervecum integra. Unde et pelles eorum²⁷⁷ cum plumis mollioribus concinnatas stomachicis applicant, Sylvius. An non vident harum pellicularum temperamentum vitari siccatione: et vim illam coquendi vivis inesse, non superesse mortuis: nec fortasse pellibus illis insitam, sed potius a carne multa crassa densaque pelliculam hanc undique ambiente: Iac. Sylvius.

Si hordeo malo aut nimio iumentum laeditur, remedium est pelliculam de ventre pulli siccata fumo deterere, additisque octo scrupulis piperis, et quatuor cochlearibus mellis, et uncia pollinis ex thure, cum sextario vini veteris tepefacto per os dare, Vegetius²⁷⁸.

¶ La membrana dello stomaco dei polli fatta invecchiare e cosparsa su una pozione, oppure fresca e fatta arrostitire, allevia i catarrhi delle vie respiratorie e la tosse umida, Plinio. Trita per bene la membrana essiccata dello stomaco muscolare dei polli - o ventriglio, in cui è contenuta la feccia della pancia, e dalla da bere con del vino, calmerai la tosse umida, Marcello Empirico.

¶ Tritata nel vino viene data da bere con buoni risultati ai malati di stomaco, Dioscoride. Antonio Guainerio* mescola queste membrane già preparate a un medicamento per rafforzare lo stomaco: parimenti Leonello Vittori* la mescola a un farmaco contro il mal di stomaco. Galeno (libro XI del *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus*) ha potuto dimostrare con la sperimentazione che è falso il fatto che la membrana interna del secondo stomaco delle galline, lavata ed essiccata, e bevuta, migliora in modo quasi meraviglioso le capacità digestive dei malati di stomaco. Per cui non posso non rimanere stupito del fatto che ancor oggi tutti i medici rimangono fissi in quella falsa tesi. A mio avviso, essi pensano che possiede quella facoltà in quanto è simile al rivestimento interno del nostro stomaco, ma che è dotata di un potere digestivo tanto grande da essere in grado di sminuzzare le pietruzze. Ma sarebbe più giusto ricavare tale membrana dallo struzzo, dal momento che è dotato di una straordinaria capacità digestiva delle cose che ha ingoiato senza gustarle (come riferisce Plinio in X,1) come il ferro e le ossa intere dei montoni castrati. Per cui ai malati di stomaco applicano anche la loro pelle - la pelle degli struzzi - guarnita con le piume più soffici, Jacques Dubois. Forse non si rendono conto che il potere di queste membrane di coilina* viene rovinato dall'essiccazione: e che quella capacità digestiva è presente nei soggetti vivi, mentre non è più presente in quelli morti: e che forse non è insita neppure in quelle pelli, ma che piuttosto proviene dalla molta carne spessa e densa che circonda tutt'intorno questa membrana, Jacques Dubois.

Se un animale da soma subisce dei danni per dell'orzo andato a male oppure eccessivo, il rimedio è rappresentato dal tritare finemente la membrana dello stomaco di un pollo fatta seccare affumicandola, e somministrarla per bocca dopo averci aggiunto otto scrupoli di pepe [9 g], e quattro cucchiaini di miele e un'oncia [27,28 g] di polvere d'incenso con un sestario

²⁷⁵ *Naturalis historia* XXX,46: Gallinaceorum ventris membrana, si inveterata est, inspersa potioni destillationes pectoris et umidam tussim vel recens tosta lenit.

²⁷⁶ *Naturalis historia* X,2: Concoquendi sine dilectu devorata mira natura, sed non minus stoliditas in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultaverint, latere sese existimantium. Praemia ex iis ova, propter amplitudinem pro quibusdam habita vasis, conosque bellicos et galeas adornantes pinnae.

²⁷⁷ Come si può desumere dal capitolo dedicato allo struzzo - pagina 713 - questa affermazione di Jacques Dubois è riferita alla pelle non dei polli, ma degli struzzi.

²⁷⁸ *Artis veterinariae, sive mulomedicinae libri quatuor*.

[500 ml] di vino vecchio intiepidito, Vegezio*.

¶ De usu eiusdem pelliculae ad ileon, vide infra in remedio ex iecore. ¶ Hanc pelliculam de gallina nigra quidam e vulgo adversus regium morbum edendam suadent, bis aut ter.

¶ Per l'impiego della stessa membrana contro l'occlusione intestinale, vedi sotto quando si parla dei rimedi ottenuti dal fegato. ¶ Alcuni del popolo contro l'itterizia consigliano di mangiare due o tre volte questa membrana ottenuta da una gallina nera.

¶ Pellis interior de ventriculo galli trita et cum vino pota ventrem astringit, Constantinus. Gallorum ventriculus (Marcellus {Vergilius} <Virgilius>²⁷⁹ interpres addit, in senectute, quoniam proxime de veterum gallinaceorum iure dixerat author) inveteratus (κοιλία ταριχευθεῖσα) et in umbra siccatus pondere trium unciarum (ὄσον γ' ²⁸⁰, sic habet codex noster impressus, corrupta ut apparet ponderis nota, drachmae fortassis, quae designatur alibi in Dioscoride instar maiusculi lambda iacentis, hoc modo <,) sumptus, praesenti remedio est contra nimias purgationes, quae a deijcientibus alvum [398] medicamentis fiunt. quamprimum enim purgationes eas sistit. in quem usum terendus est et cum aqua bibendus. (δ'εἰ δὲ τρίμμα ποιεῖν καὶ ἐνοῦν μετὰ ὕδατος καὶ διδόναι. malim ita reddere, in quem usum contritus et cum aqua permixtus, [instar trimmatis aut moreti,] exhibendus est.) Dioscorides: cuius interpres Marcellus {Vergilius} <Virgilius>, Hunc locum (inquit) Serapio non habet, neque antiqua interpretatio, neque probatissimus mihi codex Latinae translationis. unde fit ut suspicemur accrevisse eum Dioscoridi, praesertim quum alienus etiam Dioscoridis sermonis in ea re ductus nobis videatur.

¶ La membrana interna dello stomaco del gallo tritata e bevuta col vino fa da astringente intestinale, Costantino Africano. Lo stomaco dei galli (Marcellus Virgilius*, che è il traduttore, aggiunge *quando sono vecchi*, in quanto l'autore aveva appena parlato del brodo dei galli vecchi) fatto invecchiare (*koilia tarichentheisa*) ed essiccare all'ombra, assunto alla dose di tre once [circa 80 g] (*hóson γ'*, così ha il nostro codice stampato, a quanto pare con il simbolo del peso corrotto, forse della dracma*, che in Dioscoride in altri punti viene raffigurata come una lambda maiuscola coricata, così <) rappresenta un immediato rimedio contro le eccessive evacuazioni che derivano dai farmaci che fanno svuotare l'intestino. Infatti blocca subito tali evacuazioni. Per questo impiego va tritato e bevuto con acqua (*d'ei dè trimma poieîn kai benoûn metà húdatos kai didónai* preferirei tradurlo nel modo seguente: per tale impiego va somministrato tritato e mischiato con acqua [invece di *un tritato* o di *una focaccina mista*]), Dioscoride; e il suo traduttore Marcellus Virgilius dice: Serapione* non ha questo passaggio, né ce l'hanno l'antica traduzione e neppure il codice per me ottimo della traduzione latina. Per cui - soggiunge - il mio sospetto è che questo passo si è aggiunto al testo di Dioscoride, soprattutto perché anche il periodare su questo tema mi sembra in disaccordo col modo di esprimersi di Dioscoride

Pagina 398

Membrana gallinarum tosta et data in oleo ac sale, coeliacorum dolores mulcet. abstinere autem frugibus ante et gallinam et hominem oportet, Plinius²⁸¹. Membrana quae est in ventriculo gallinae siccata et trita, et cum vino austero potui ieiuno coeliaco data, medetur: ita ut ipsa gallina prius vel biduo abstinenceur a cibo, et qui potionem accepturus est, ante diem frugi sit, et non coenet, Marcellus. Nicolaus Myrepsus dysentericam quandam potionem laudatam describit, in qua membrana haec cum caeteris miscetur. Membranam e

La membrana delle galline, arrostita e somministrata con olio e sale, mitiga i dolori dei sofferenti d'intestino. Prima è necessario che tanto la gallina che la persona si astengano dai cereali, Plinio*. La membrana che si trova nello stomaco della gallina, essiccata e tritata, data da bere con del vino secco a digiuno a chi soffre di dolori intestinali, fa guarire: ma la gallina deve prima astenersi per almeno due giorni dal cibo, e chi sta per ricevere la pozione il giorno prima deve essere frugale e non deve cenare, Marcello Empirico*. Nicolaus Myrepsus* riferisce una decantata pozione contro la dissenteria, in cui questa membrana viene mischiata ad altri

²⁷⁹ Nel commento al *De materia medica* (1523) liber II cap. XLII.

²⁸⁰ In greco significa *circa 3 - roughly 3*.

²⁸¹ *Naturalis historia* XXX,58: Membrana gallinarum tosta et data in oleo ac sale coeliacorum dolores mulcet — abstinere autem frugibus ante et gallinam et hominem oporteat —, fimum columbarium tostum potumque. - Non si emenda il testo di Gessner con *oporteat*, anche se Plinio con *oporteat* esprimeva una prescrizione che non era rigida e imperativa come viene invece formulata da *oportet*.

ventriculo gallinacei aridam: vel, si recens sit, tostam, utiliter contra calculos bibi traditur, Plinius²⁸². Cum vino pota calculos frangit et per urinam eijcit, Constantinus. Celebrant quidam inter calculi remedia gallinacei ventris interiorem membranam, Alex. Benedictus. Fieri quidem potest ut aliqui huic membranae vim calculos dissolvendi inesse sibi persuaserint, ex eo quod gallinae etiam lapillos concoquere vulgo credantur, ut Dioscorides²⁸³ etiam credidit. Ego quoniam experientiam huius effectus hactenus nullam audivi, nec rationem aliquam qua id effici possit video, assensionem meam adhuc cohibeo. De ventriculo galli interior pellicula in vino missa et siccata ac trita cum sale, posita (pota) cum vino vel condito, nephriticos perfecte sanat, Kiranides.

Ad sistendam exuberantiam mictionis: Accipe pelliculas quae sunt in ventre gallinarum: de quibus in Sole siccatis drachmam miscebis cum thure masculo, glande sicca, balaustiis, galla, ana 3. iii. Trita omnia melle rosato excipies, et ex frigida propinabis ieiuno, Galenus Euporiston 2.133. Ad involuntarium mictum in stratis: Galli guttur ustum ligulae mensura ieiuno ex aqua propinato, Galenus Euporiston 2. 76. Et rursus, Gallinae gulam (γούλαν) pariter cum gutture, ure, et tere diligentissime, ac ex vino vetere propina, Euporiston 3. 238. Idem remedium Rasis e crista galli²⁸⁴ promittit. In Germanico quodam codice manuscripto inveno hasce membranas tritas utiliter bibi contra stranguriam.

¶ Adversus abortum: Suffiatur primo mulier cum filato primo cocto: deinde accipiat grassilum gallinae, et pelliculam ventriculi qua cibus continetur discutiat lavetque et modice coctam in prunis comedat, vel pollinem tritarum bibat, idque faciat per plures dies:

ingredienti. Si tramanda che contro i calcoli viene bevuta con successo la membrana dello stomaco di pollo fatta seccare, oppure arrostita se fosse fresca, Plinio. Bevuta con del vino frantuma i calcoli e li fa eliminare attraverso l'urina, Costantino Africano*. Alcuni tra i rimedi per la calcolosi decantano la membrana interna dello stomaco di pollo, Alessandro Benedetti*. In realtà può darsi che alcuni si siano convinti che questa membrana possiede la facoltà di dissolvere i calcoli in quanto da parte della gente comune le galline vengono ritenute capaci di digerire anche le pietruzze, come ha creduto anche Dioscoride*. Siccome sinora non ho sentito parlare di alcuna esperienza relativa a questo potere né intravedo alcun motivo per cui ciò possa verificarsi, per ora metto un freno nel dare il mio assenso. La membrana interna dello stomaco del gallo messa in vino ed essiccata e tritata con del sale, messa insieme (bevuta) con del vino o con del vino aromatizzato con pepe e miele, fa guarire perfettamente i nefritici, Kiranide*.

Per far cessare la minzione eccessiva: Prendi le membrane che si trovano nello stomaco delle galline: e dopo averle essiccate al sole ne mischierai una dracma [3,41 g] a tre dracme ognuno di incenso* migliore, di ghianda secca, di fiori di melograno* e di noce di galla*. Dopo aver tritato tutti questi ingredienti li metterai in miele rosato e li somministrerai a digiuno in acqua fredda, Galeno* - Oribasio* - in *Euporista* II,133. Contro la nicturia involontaria a letto: somministra a digiuno in acqua un cucchiaino di gozzo incenerito di gallo, Galeno in *Euporista* II,76. E ancora, riduci in cenere la gola (goulan) di una gallina insieme al gozzo, e trita molto ma molto bene, e somministra con vino vecchio, *Euporista* III,238. Razi* garantisce lo stesso rimedio con una cresta di gallo. In un codice manoscritto tedesco trovo che queste membrane tritate vengono bevute con profitto per combattere la stranguria*.

¶ Contro l'aborto: In primo luogo la donna deve essere esposta a vapori caldi insieme al primo *filato* cotto: quindi prenda del *grassilum* - un po' di grasso - di gallina, e riduca a pezzetti la membrana dello stomaco in cui è contenuto il cibo e la lavi e la mangi dopo averla scottata sulla brace, oppure beva il fior di farina delle

²⁸² *Naturalis historia* XXX,67: [...] item membranam e ventriculo gallinacei aridam vel, si recens sit, tostam, fimum quoque palumbinum in faba sumi contra calculos et alias difficultates vesicae, [...].

²⁸³ Salvo leggere tutto quanto il testo di Dioscoride nelle svariate edizioni, nonostante un accanimento e una perseveranza da certosino mi è risultato impossibile localizzare questa affermazione di Dioscoride riferita anche da Aldrovandi (che credo l'abbia copiata da Gessner) e che suona più ampia in Gessner a pag. 383: Gallinae calida natura praeditae sunt. nam et venena conficiunt, et aridissima quaeque semina consumunt. et nonnunquam arenas lapillosque ingluvie sua devoratos dissolvunt, Dioscor. - Dioscoride può benissimo aver affermato tutto ciò, oppure si tratta di un'erronea citazione di Gessner (evento assai raro!) ripresa pedissequamente da Aldrovandi.

²⁸⁴ Lo so che la differenza tra la cresta di un gallo e quella di una gallina non dovrebbe essere causa di insuccesso terapeutico, ma ciascuno di noi, quando è malato, va alla ricerca del meglio. È necessario recuperare il testo originale di Razi. Infatti ne vengono date due versioni. A pag. 396: Gallinae cristam aridam da in cibo ei qui mingit in lecto nescienti: curabitur, Rasis. - Qui: Idem remedium Rasis e crista galli promittit.

experimento constat, Author additionum Breviarii Arnoldi Villanov. apparet autem verba quaedam inter haec aut corrupta aut barbara esse.

¶ In libro quodam manuscripto invenio hanc pelliculam de ventriculo capi utiliter tritam fistulis prius mortificatis inspergi.

¶ Ileo resistit gallinaceorum iecur assum cum ventriculi membrana, quae abiici solet, inveterata, admixto papaveris succo. alii recentem torrent ex vino bibendam. Hepar gallinae tritum, et cum hordei farina et aqua emplastri modo impositum, podagricis prodest, Kiranides.

¶ Gallinarum et perdicum fella ad medicinae usum caeteris praestant, Galenus. Fel efficacissimum creditur scorpii et callionymi piscium, marinaeque testudinis et hyaenae²⁸⁵: perdicis item et aquilae, gallinaeque albae, Dioscorides²⁸⁶.

¶ Fel gallinae maculas in corpore illitum aufert, Rasis. Apud Galenum de composit. sec. locos, miscetur medicamentis liquidis ocularibus Asclepiadae, ad ficosas eminentias, ac omnem exuberantiam carnis seu callum. Fel quorundam animalium laudatur a medicis ad visum acuendum, et principium suffusionis discutiendum, ut callionymi et scorpii piscium, gallinae, etc. Idem de simplic. 10. Galli gallinacei, maxime albi, fel ex aqua dilutum, et inunctione adhibitum, leucomata oculorum et hypochyses sanat, et aciem luminum confirmat, Marcellus. Galenus libro 4. de compos. sec. loc. medicamento liquido cuidam ad oculos suffusos, alios galli fel, alios aliud adiecit scribit. Ad suffusionem admirabile quod ilico visum restituit: Muris sanguinem, et galli fel, et muliebre lac aquis ponderibus misce, et bene subactis utere. probatum est enim, et magnifice profuit, Idem Euporiston 3. 16. Ulcera oculorum et albugines felle galli inungito, Idem Euporiston 2. 99.

Fel quoque de gallo mollitum simplice²⁸⁷ lympha | Exacuit puros dempta caligine visus, Serenus. Fel galli cum succo chelidoniae

trite, e faccia ciò per parecchi giorni: si basa su una sperimentazione, l'autore delle aggiunte al *Breviarium practicae medicinae* di Arnaldo da Villanova*. Ma è evidente che alcune di queste parole sono o corrotte oppure straniere.

¶ In un libro manoscritto trovo che questa membrana dello stomaco di cappone dopo essere stata tritata viene applicata con successo su fistole fatte prima affievolire.

¶ Contro l'occlusione intestinale è efficace il fegato dei polli fatto arrostitire con la membrana dello stomaco fatta invecchiare, quella che abitualmente si getta via, mescolandoci del succo di papavero. Altri fanno arrostitire quella fresca, che va bevuta con vino. Il fegato di gallina, tritato e applicato come empiastro insieme a farina di orzo e acqua, giova ai gottosi*, Kiranide.

¶ La bile delle galline e delle pernici* usata come medicina è superiore a tutti gli altri tipi di bile, Galeno. Inoltre è ritenuta molto efficace la bile dei pesci scorfano* e lucerna*, e della testuggine di mare e della iena*: parimenti quella della pernice, dell'aquila* e di una gallina bianca, Dioscoride.

¶ La bile di gallina spalmata sul corpo fa scomparire le chiazze, Razi. In Galeno, nel *De compositione medicamentorum secundum locos*, essa viene mescolata ai colliri liquidi di Asclepiade il Giovane* contro le tumefazioni ulcerate e qualsiasi protuberanza della carne, o callo. La bile di alcuni animali viene lodata dai medici per acuire la capacità visiva e per far regredire un inizio di cataratta, come quella dei pesci lucerna e scorfano, della gallina etc., ancora Galeno nel X libro del *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus*. La bile di un gallo, soprattutto bianco, diluita in acqua e usata come collirio, fa guarire i leucomi* degli occhi - ovviamente! - e le cataratte, e rafforza l'acutezza visiva, Marcello Empirico. Galeno nel IV libro del *De compositione medicamentorum secundum locos* scrive che a un medicamento liquido contro la cataratta alcuni hanno unito della bile di gallo, e altri qualcos'altro. Un preparato strabiliante contro la cataratta, in quanto fa tornare di colpo la vista: Mescola in parti uguali sangue di topo, bile di gallo e latte di donna, e servitene dopo averli miscelati per bene. Infatti è stato sperimentato, e ha giovato in modo meraviglioso, sempre Galeno - Oribasio - in *Euporista* III,16. Applica sulle ulcerazioni oculari e sui leucomi della bile di gallo, sempre Galeno in *Euporista* II,99.

Anche la bile di gallo ammorbidita con acqua pura e semplice | Acuisce la vista di occhi resi limpidi dopo averne rimosso l'offuscamento, Sereno Sammonico. La

²⁸⁵ Plinio *Naturalis historia* XXXII,154: Et hyaenam piscem vidi in Aenaria insula captum.

²⁸⁶ *De materia medica* II,71.

²⁸⁷ Anche nel web si riscontra *simplice*, per cui non si procede a emendare con *simplici*. - *Liber medicinalis* - OCULORUM DOLORI MITIGANDO - Fel quoque de gallo mollitum simplice lympha | exacuit puros dempta caligine visus.

herbae et melle illitum, visum acuit perfecte, Kiranides. Gallinaceo felli vis alligato (malim, illito: vel, ad caligationes, ut et aquilino sicut proxime dixerat) ad argema, et ad albugines ex aqua diluto, (aut supra forsan recte, hic vero pro diluto legendum aut saltem subintelligendum illito.) item ad suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei, Plinius²⁸⁸. Et rursus cum fimum rufum gallin. lusciosis illini dixisset, subdit²⁸⁹: Laudant et gallinae fel, sed praecipue adipem contra pustulas in pupillis. Fellis gallinacei, vel vulturini, quod longe magis prodest, scrupulum, et mellis optimi unciam, bene trita coniunges, atque in pyxide cuprea habebis, et opportune ad inungendum uteris, hoc nihil potentius caliginem relevat, Marcellus.

¶ Aetius illos qui re Venerea uti non possunt inter caetera gallorum testiculos esitare consulit. Galli testes cum vino poti Venerem iritant, et bonam habitudinem praestant, Kiranides. Gallinaceorum testes subinde si a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur, Plinius²⁹⁰. Ad involuntarium urinae exitum in stratis: Galli testem ustum edendum apponito, Galenus Euporiston 3. 257.

[399] ¶ Ad caducos: Galli testiculos contritos cum aqua ieiuno dabis bibere. abstineant autem a vino diebus decem, caducis remedium est. Debebunt autem testiculi sicci servari, ut cum fuerint necessari, continuo sumantur, Sextus et Constantinus. Ad comitiales²⁹¹: Gallinacei testes ex aqua et lacte quidam bibendos censent, antecedente quinque dierum abstinentia vini, ob id inveteratos, Plinius²⁹².

bile di gallo applicata con succo di erba chelidonia* e miele fa aguzzare la vista in modo perfetto, Kiranide. La bile di gallo diluita in acqua e applicata con un bendaggio è efficace contro le chiazze bianche della cornea e i leucomi (preferirei *spalmata*; oppure, come aveva appena detto, *contro gli oscuramenti della vista*, come si comporta anche quella di aquila) (o forse prima si è espresso in modo corretto, ma qui, al posto di *diluita*, bisogna leggere, o perlomeno sottintendere, *spalmata*), parimenti contro le cataratte, soprattutto se è di un gallo bianco, Plinio. E ancora, dopo aver detto di applicare a coloro che soffrono di nictalopia* dello sterco rossiccio di pollo, aggiunge: Lodano anche la bile di gallina, ma soprattutto il grasso contro le vescichette in sede pupillare. Unirai uno scrupolo [1,13 g] di bile di pollo, o di avvoltoio, in quanto è più efficace, e un'oncia [27,28 g] di ottimo miele, ben stemperati, e li conserverai in un vasetto di rame e te ne servirai al momento opportuno per fare delle applicazioni, nulla è più potente di questo preparato nell'attenuare l'offuscamento della vista, Marcello Empirico.

¶ Ezio di Amida* a coloro che sono sessualmente impotenti prescrive tra le altre cose di mangiare dei testicoli di gallo. I testicoli di gallo bevuti con del vino eccitano sessualmente e procurano un benessere fisico, Kiranide. Se una donna appena dopo aver concepito mangia dei testicoli di gallo, si dice che in utero si generano dei maschi, Plinio. Contro l'involontaria emissione di urina nel letto: dà da mangiare un testicolo abbrustolito di gallo, Galeno - Oribasio - in *Euporista* III,257.

Pagina 399

¶ Per gli epilettici: Darai da bere a digiuno con dell'acqua dei testicoli di gallo tritati. Ma rappresenta un rimedio per gli epilettici se essi si astengono per dieci giorni dal vino. E i testicoli dovranno essere conservati essiccati, affinché quando ce ne sarà bisogno possano essere assunti senza interruzione, Sesto Placito Papiense* e Costantino Africano*. Per gli epilettici: Alcuni sono dell'avviso che i testicoli di gallo vanno bevuti con acqua e latte, cui deve precedere

²⁸⁸ *Naturalis historia* XXIX,123: Eadem vis est et in vulturino felle cum porri suco et melle exiguo, item in gallinacei felle ad argema et albugines ex aqua diluto, item suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei. Fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, lusciosis inlini monstrant. - Probabilmente la tortuosa disquisizione di Gessner - scatenata da un *alligato* non presente in Plinio, bensì in altre citazioni - è del tutto corretta, ma tradurla altrettanto correttamente e senza tortuosità richiederebbe una lunghissima meditazione, che oltretutto ci ripagherebbe assai poco dal punto di vista terapeutico. Già! è facile dirlo! Perché oggi - nel XXI secolo - abbiamo i trapianti di cornea, e la cataratta viene operata con esiti più che soddisfacenti!

²⁸⁹ *Naturalis historia* XXIX,124: Laudant et gallinae fel et praecipue adipem contra pustulas in pupillis, nec scilicet eius rei gratia saginant.

²⁹⁰ *Naturalis historia* XXX,123: Gallinaceorum testes si subinde a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur.

²⁹¹ Gli epilettici venivano chiamati *comitiales* perché nell'antica Roma venivano sciolti i comizi se uno dei partecipanti avesse subito un attacco di epilessia, in quanto ciò rappresentava un segno di cattivo augurio. - Epilessia deriva dal greco *epilēpsia* - a sua volta dal verbo *epilambánein* = prendere, assalire - e in prima istanza significa arresto.

²⁹² *Naturalis historia* XXX,92: Quidam pectus eius [vulturis] bibendum censent in cerrino calice, aut testes gallinacei ex aqua et lacte, antecedente V dierum abstinentia vini; ob id inveterant.

Galli gallinacei testiculos in pulverem tritos ex aqua et lacte ieiuno propinato, idque diebus quinque facito, vino autem abstinendum est, Trallianus hoc se ex Gallia accepisse scribens. Serapion pro epilepticis probat medicamen confectum e testibus galli gallinacei: Caelius Aurelianus, improbens ipse ut videtur.

¶ Gallinaceum fimum omnia quae columbinum, sed inefficacius, praestat, Dioscor. minus calidum est columbino, Galenus. Et rursus, Caeterum ut in aliis omnibus animalium partibus aut excrementis plurimum refert, montanis locis, an in pratis, paludibus, lacubus et aedibus versentur. Semper enim quae exercentur, iis quae non exercentur sunt sicciora: et quae cibis utuntur calidioribus siccioribusque iis quae humidis frigidisque. Itaque ut columbarum stercus semper imbecillius expertus sum quae in domibus degunt quam nomadum et montanarum: sic gallinarum quoque inveni multo infirmius earum quae conclusae servantur et furfuribus aluntur, non paulo autem valentius earum quae in agris, atris aut foris pascuntur. Stercoris gallinacei pulli drachmae duae dissolutae in multa aqua calida, et potae, vomitum movent, Arnoldus de Villan. Stercus galli cum succo prasii datum, mox vomitum proritat, Idem. Certo educit per vomitum. quare contra venena propinatur, Ferdinand. Ponzettus. Idem {Gaynerius} <Guainerius>. scribit, sed misceri iubet, cum lini urticaeve semine in aqua decocto, aut aqua et butyro, etc. Ad felis morsum galli stercus liquidum cum adipe gallinaceo subigito et imposito, Aetius. Idem ex aceto impositum morsibus canis rabidi, salutare traditur, Kiranides. Gallinaceum fimum privatim contra venena fungorum bibitur ex aceto aut vino, (vel oxymelite, Rasis,) Dioscor. Nicander contra idem venenum commendat *πάτον στρουθοῖο κατοικίδος* (ὀπτόν.) Galenus etiam adversus strangulationem a devoratis fungis gallinarum domesticarum fimum cum oxymelite bibi consulit, in Euporistis 1.131. nimirum ut vomitus subsequatur. Cum medicum quendam in Mysia gallinaceo utentem stercore conspexissem, in eis qui ab esu fungorum suffocabantur: et ipse quoque sum usus in quibusdam urbem inhabitantibus, qui et ipsi fungos esitarant, ipsum videlicet ad l{a}evorem contritum tribus quatuorve oxycrati aut oxymelitis inspergens cyathis. et palam adiuti sunt, idque celeriter. nam qui praefocabantur. paulo post vomebant

un'astinenza dal vino di cinque giorni, e per questo sono fatti invecchiare, Plinio*. Dà da bere a digiuno con acqua e latte i testicoli di gallo ridotti in polvere. E ripetilo per cinque giorni, ma bisogna astenersi dal vino, Alessandro di Tralles* che scrive di aver ricevuto questa informazione dalla Gallia. Serapione* per gli epilettici loda un farmaco preparato con testicoli di gallo: mentre Celio Aureliano* a quanto pare lo disapprova.

¶ Luciano, nell'opuscolo *De Dea Syria*, riferisce che in Siria il gallo era venerato come se fosse un dio. Ἄλλ'ἔστιν ἀλεκτρυὼν ἱερὸς, οἰκίει δ'ἐπὶ λίμνῃ. - Ma il gallo è sacro, e abita su un lago. ¶ Dalle antiche testimonianze si tramanda che soprattutto le interiora dei galli sembrano essere gradite agli dei, Alessandro Alessandri*. In effetti gli antichi erano dell'avviso che si facessero dei sacrifici usando preferibilmente capretti e agnelli, in quanto essi sono miti e mansueti. Infatti sembra che i galli, i maiali e i tori sono più irruenti, Giglio Gregorio Giraldi*. Anubi* presso gli Egiziani viene detto (con un vocabolo di origine greca) ὁ ἀναφαίνων τὰ οὐράνια καὶ τῶν ἄνω φερομένων λόγος, cioè, la causa di ciò che sta in alto e che mostra le cose celesti. E talora viene anche chiamato Ermanubi, il cui nome si addice alle cose

⁴⁸⁷ In *Anthologia Palatina* VII, 202.

⁴⁸⁸ *Il sogno ovvero il gallo* - *Óneiros ē alektryon* - 4 - GALLO Effettivamente raccontano anche questo, Micillo; ma nel mio caso è andata altrimenti, e la mia trasformazione in gallo è cosa recente. MICILLO Come? perché è proprio questo che voglio sapere. GALLO Hai sentito parlare di un certo Pitagora figlio di Mnesarco, di Samo? MICILLO Intendi il sofista, l'esaltato che aveva fatto la regola di non assaggiare la carne e di non mangiare le fave (eliminando così dalla tavola un cibo che a me piace moltissimo), e poi ancora convinceva la gente a non parlare per cinque anni? GALLO Allora sappi che costui prima di essere Pitagora era Euforbo. MICILLO Un imbroglione, esperto di trucchi, o gallo, così si dice. GALLO Ecco, io sono proprio quel Pitagora. Per cui smettila, brav'uomo, di insultarmi, tanto più che non sai come mi comportavo. (a cura di Claudio Consonni - Oscar Mondadori - Milano, 1994)

⁴⁸⁹ *Historiae Deorum Gentilium* Syntagma XVII: Victimae antiquis hae frequentes fuere, ovis, sus, bos, capra, gallina, et anser: quas cum immolabant, nisi purae integraeque fuissent, et lectae ad rem divinam, minus proficere putabant. Fuit quidem priscis opinio, ut ex hoedis potius et agnis hostiae fierent, quam ex caeteris: quia hae mites et cicures essent. Nam gallinacei, sues, et tauri, animo magis abundare videntur.

⁴⁹⁰ Giglio Gregorio Giraldi, *Historiae Deorum Gentilium* Syntagma IX: qui et alio loco eiusdem libri, Anubin et Hermanubin sic distinguere videtur, ὁ δὲ ἀναφαίνων τὰ οὐράνια, καὶ τῶν ἄνω φερομένων Ἄνουβις, λόγος. Ἔστιν δὲ ὅτε καὶ Ἑρμάνουβις ὀνομάζεται. hoc est, Ratio coelestia, et quae superius feruntur ostendit Anubis, est et quando Hermanubis vocetur.

inferioribus convenit, ut illud superioribus. Sacrificant autem utriusque gallum, illi album, quod coelestia sincera [sincera] et lucida existiment: huic κροκίαν, (hoc est pennis et iubis croceis praeditum, Gyraldus⁴⁹¹ etiam croceum transtulit,) inferiora omnia mixta et varia esse rati, Plutarchus in lib. de Iside et Osiride. Pyrrhus rex cum splene laborantibus mederetur, albo gallo sacrum peragebat, Lilius Gr. [408] Gyraldus⁴⁹².

che stanno in basso, come il precedente a quelle che stanno in alto. Infatti sacrificano un gallo ad ambedue, bianco al primo, in quanto ritengono le cose celesti pure e limpide, al secondo un gallo *krokían**, (cioè, dotato di penne e di mantellina color zafferano*, e anche Giraldi ha tradotto con croceo), in quanto ritengono che tutto ciò che sta in basso sono cose miscelate e ambigue, Plutarco nel libro su Iside* e Osiride. Il re Pirro*, siccome curava coloro che soffrivano di milza, faceva una cerimonia sacra usando un gallo bianco; Giglio Gregorio Giraldi.

Pagina 408

In opertaneis sacris gallinae nigrae non videbantur purae, Idem⁴⁹³. Gallum nutrito quidem, ne tamen sacrificato: est enim Soli et Lunae dicatus. Hoc (inquit Lilius Gr. Gyraldus⁴⁹⁴) ab aliquibus inter symbola repositum est. Sunt qui dimidiatum tantum efferant, Gallos enutrias. Nonnulli praeceptum hoc non symbolum faciunt, nec aliud quam gallum ipsum intelligunt. Sed licet etiam symbolice interpretari: vel ut Picus, ut divinam animae nostrae partem, divinarum rerum cognitione, quasi solido cibo et coelesti ambrosia pascamus: Vel simplicius, gallos, id est milites ac bellatores homines in civitate habendos esse, et in contubernio retinendos, non tamen rei sacrae causa. seu urbis vigiles et custodes intelligas, quando ii per gallos significari videntur: et Soli ac Lunae dicati,

Nei riti segreti le galline nere non erano ritenute pure, ancora Giraldi*. Nutri senz'altro il gallo, tuttavia non sacrificarlo: infatti è dedicato al Sole* e alla Luna*. Quest'espressione (dice Giglio Gregorio Giraldi) da alcuni è stata posta tra i simboli di fede. Alcuni ne riferiscono solo una metà: Nutri i galli. Alcuni non ritengono quest'espressione un simbolo di fede, e non intendono altro che il gallo stesso. Ma è possibile interpretarlo anche simbolicamente: o come Giovanni Pico della Mirandola*, affinché nutriamo la parte divina della nostra anima, attraverso la conoscenza delle cose divine, per così dire con cibo solido e ambrosia celeste: oppure più semplicemente, che in una città bisogna avere dei galli, cioè dei soldati e degli uomini bellicosi, e che vanno tenuti in una tenda in comune, tuttavia non per motivi sacri. Ma devi intendere come se si trattasse di sentinelle e custodi della città, e in tal

⁴⁹¹ Il sostantivo maschile κροκίας in Plutarco *De Iside et Osiride* 375e significa color zafferano, riferito al gallo. Gessner ne ha già parlato a pagina 402. - Plutarco, *Moralia*, Iside e Osiride 61 - 375d-e: 'Ο δὲ Ὅσιρις ἐκ τοῦ ὀσίου <καὶ> ἱεροῦ τοῦνομα μειμιγμένον ἔσχηκε· κοινὸς γάρ ἐστι τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ τῶν ἐν ἄδου λόγος· ὧν τὰ [375e] μὲν ἱερὰ, τὰ δὲ ὅσια τοῖς παλαίῃσιν ἦν προσαγορεύειν. Ὁ δ' ἀναφαίνων τὰ οὐράνια καὶ τῶν ἄνω φερομένων λόγος Ἄνουβις, ἔστι δὲ ὅτε καὶ Ἑρμάνουβις ὀνομάζεται, τὸ μὲν, ὡς τοῖς ἄνω, τὸ δὲ, ὡς τοῖς κάτω προσήκων. Διὸ καὶ θύουσιν αὐτῷ τὸ μὲν λευκὸν ἀλεκτρούνα, τὸ δὲ κροκίαν, τὰ μὲν εἰλικρινῆ καὶ φανὰ, τὰ δὲ μικτὰ καὶ ποικίλα νομιζόντες. - Sic ergo Osiris nomen habet ex *hosio* et *hiero* (quod est *sancto* et *sacro*) conflatum: communis enim est ratio eorum quae in coelo et apud inferos sunt, quorum altera hiera, altera hosa veteres nuncupabant. Jam qui coelestia ostendit Anubis, superiorum quasi ratio (*ano* enim supra est), aliquando etiam Hermanubis usurpatur: altero nomine superioribus, altero inferis scilicet conveniente: itaque ei immola{ba}nt alias album, alias flavum gallum: supera sincera et manifesta, infera mixta et varia esse docentes. (Plutarchi *Scripta Moralia tomus primus*, Frederic Dübner, Parisiis, Editore Ambrosio Firmin Didot, 1868) - Osiride ha ricevuto il nome dall'unione di *bósias* (santo) e *hierós* (sacro): infatti il modo di esprimere le cose che stanno in cielo e agli inferi è equivalente; e gli antichi avevano l'abitudine di chiamare *hierà* (sacre) le prime, *bósia* (sante) le seconde. Siccome Anubi è colui che svela le cose celesti e la spiegazione razionale delle cose che si muovono verso l'alto, e talvolta è anche chiamato Ermanubi, in quanto il primo nome riguarda ciò che sta in alto, il secondo ciò che sta in basso. Per cui gli immolano anche un gallo bianco nel primo caso, nel secondo caso uno color zafferano, volendo significare nel primo caso le cose pure e pulite, nel secondo caso le cose mescolate e multiformi. (traduzione di Elio Corti - revisione di Roberto Ricciardi) - Giglio Gregorio Giraldi, *Historiae Deorum Gentilium Syntagma XVII*: Est et apud Plutarchum in libro Isidis et Osiridis, ubi de Anubi agit, et Hermanubi: Ad hunc, inquit, inferiora, sicut ad illum superiora pertinent: quapropter illi candidum gallum, huic croceum immolant.

⁴⁹² *Historiae Deorum Gentilium Syntagma XVII*: Sed Pyrrhus quoque rex, cum splene laborantibus mederetur, albo gallo sacrum peragebat. (Basileae, Oporinus 1548)

⁴⁹³ *Historiae Deorum Gentilium Syntagma XVII*: Seclusa sacra dicebantur, quae Graecis dicebantur mysteria, ut docet Festus. Initiationes vocat Cicero, Livius, aliique. Sunt et qui opertanea sacra huc transferant, quorum et Plinius meminit, in quibus gallinae nigrae non videbantur purae. Dicit vero videntur opertanea, quod seorsum ab hominum conspectu et in aperto fierent: vel quod mystica essent, et ἀπόρρητα.

⁴⁹⁴ *Historiae Deorum Gentilium Syntagma XVII*: Et quanquam in symbolo Pythagorae, quod est, Gallum nutrias, ne tamen sacrifices, pleraque attuli de galli gallinacei sacris:[...].

quoniam tempori hoc hominum genus inserviunt, quod per Solem et Lunam intelligitur: vel quod nos gallus suo cantu admoneat. Alius aliam comminisci poterit expositionem, ut gloriosos et stolidos homines, nimiumque sibi arrogantes, habendos illos quidem, et non penitus eiiciendos: non tamen ad sacra, id est arcana admittendos, minusque in seriis et gravioribus sermonibus habendos. Scribit Pausanias in Lacon. (lege, Corinthiacis⁴⁹⁵) Methanam urbem ad Isthmum, in qua cives contra Africum vineis floescentibus ac germinantibus infestum, galli pennis albis ac niveis (alas omnino candidas habentis, Loescherus Pausaniae interpretis,) remedio usos fuisse: quem gallum homines in diversa trahentes, discerpebant, per vineas discurrentes: demum in eundem locum redeuntes, ubi discerpserant, gallum sepeliebant. Adeo hi diversi fuere a Pythagorae institutis, quem tradunt gallum album adeo amasse, ut si quando videret, fratris germani loco salutaret, et apud se haberet, (vide inter proverbia, Gallo albo abstineas) suis vero sectatoribus, qui civiles id est politici dicti sunt, permisisse ait Iamblichus, ut gallum, agnum et alia quaedam paulo ante nata, praeter vitulum, rite sacrificarent. Idem scribit Suidas.

Sed et Laertius, Sacrificiis (inquit) utebatur Pythagoras inanimis. Sunt qui dicant, gallis gallinaceis, et hoedis etiam lacteolis quos teneros dicunt, agnis autem minime. Caeterum Aristoxenus apud Gellium, cuncta illum animata in cibum permisisse ait, bove aratore et ariete exceptis. Idem scribit Suidas: qui et illud ait, a Theoclea sorore, vel potius (ut est apud Laertium) Themistoclea, haec placita illum

caso appare chiaro che essi hanno il significato di galli: e dedicati al Sole e alla Luna, in quanto a tempo opportuno sono al servizio di questo tipo di uomini, e lo si capisce attraverso il Sole e la Luna: ossia, in quanto il gallo ci avvisa con il suo canto. Un'altra persona potrà escogitare un'altra spiegazione, affinché gli uomini vanagloriosi e stolti, e troppo arroganti con se stessi, debbono sì possederli, e non debbono gettarli via completamente: tuttavia non sono da usare per i riti sacri, cioè per le cerimonie segrete, e bisogna farli comparire di meno nei discorsi seri e di un certo peso. Pausania* scrive in *Laconia* (leggi *Corinto*) che c'è la città di Methana* vicina all'istmo di Corinto, nella quale gli abitanti contro il vento che soffia dall'Africa - il libeccio* - devastante per le vigne mentre stanno fiorendo e mettendo i germogli, si servivano come rimedio delle penne di un gallo bianche e candide come la neve (che aveva le ali completamente bianche, Abraham Löscher*, traduttore di Pausania): e gli uomini, correndo attraverso le vigne, laceravano questo gallo traendolo in direzioni opposte: infine, tornando nello stesso punto dove lo avevano lacerato, seppellivano il gallo. Persino costoro si comportarono in modo opposto alle regole di Pitagora*, e riferiscono che costui tanto amò il gallo bianco che se per caso lo vedeva lo salutava come se fosse un fratello nato dagli stessi genitori, e lo teneva con sé (vedi tra i proverbi: astieniti dal gallo bianco), e Giamblico* dice che permise ai suoi seguaci, che furono detti civili, cioè politici, che sacrificassero, secondo il rito prescritto, il gallo, l'agnello e alcuni altri animali appena nati, eccetto il vitello. La stessa cosa scrive il lessico Suida*.

Ma anche Diogene Laerzio* dice: Pitagora si serviva di sacrifici inanimati. Alcuni sarebbero propensi a dire che si servisse di galli e di capretti anche se lattanti che dicono essere teneri, ma pochissimo di agnelli. D'altra parte Aristosseno* in Aulo Gellio* dice che lui diede il permesso di servirsi come cibo di tutti quegli esseri animati, fatta eccezione per il bue che arava e l'ariete. La stessa cosa scrive il lessico Suida: il quale dice pure che lui desunse questi

⁴⁹⁵ Pausanias, *Description of Greece*, Corinth, II,34,1-3:[1] Stretching out far into the sea from Troezenia is a peninsula, on the coast of which has been founded a little town called Methana. Here there is a sanctuary of Isis, and on the market-place is an image of Hermes, and also one of Heracles. Some thirty stades distant from the town are hot baths. They say that it was when Antigonus, son of Demetrius, was king of Macedon that the water first appeared, and that what appeared at once was not water, but fire that gushed in great volume from the ground, and when this died down the water flowed; indeed, even at the present day it wells up hot and exceedingly salt. A bather here finds no cold water at hand, and if he dives into the sea his swim is full of danger. For wild creatures live in it, and it swarms with sharks. [2] I will also relate what astonished me most in Methana. The wind called Lips, striking the budding vines from the Saronic Gulf, blights their buds. So while the wind is still rushing on, two men cut in two a cock whose feathers are all white, and run round the vines in opposite directions, each carrying half of the cock. When they meet at their starting place, they bury the pieces there. [3] Such are the means they have devised against the Lips. The islets, nine in number, lying off the land are called the Isles of Pelops, and they say that when it rains one of them is not touched. If this be the case I do not know, though the people around Methana said that it was true, and I have seen before now men trying to keep off hail by sacrifices and spells. (*Description of Greece with an English Translation* by W.H.S. Jones, Litt.D. in 4 Volumes. Volume 1. Attica and Corinth, Cambridge, MA, Harvard University Press; London, William Heinemann Ltd., 1918)

sumpsisse. At vero Christiani theologi nonnulli, per gallos concionatores [contionatores] et divinos homines intelligunt, qui nobis verba salutis enunciant: quique iacentibus in tenebris et umbra mortis, lucem, qui Deus est, praenunciant, et a nobis mentis nostrae veternum ac torporem suo cantu excutiunt, Haec omnia Gyraldus. Socrates in Phaedone⁴⁹⁶ ad mortem se praeparans, Aesculapio (inquit) o Crito gallum debemus, quem reddite neque negligatis. Hoc votum tanquam hominis minime sapientis Lactantius lib. 3. Divin. instit.⁴⁹⁷ et in Apologetico⁴⁹⁸ Tertullianus reprehendunt: defendit Caelius Rhodiginus in Antiquis lectionibus 16. 12. his fere verbis.

precetti dalla sorella Teoclea, o meglio Temistoclea (come si trova in Diogene Laerzio). Ma a dire il vero alcuni teologi cristiani intendono per galli i predicatori e gli uomini consacrati a Dio, i quali ci annunciano le parole della salvezza: e i quali annunciano la luce, che è Dio, a coloro che giacciono nelle tenebre e nell'ombra della morte, e con il loro canto allontanano da noi l'apatia e il torpore della nostra mente, tutto questo lo scrive Giraldi. Socrate* nel *Fedone* di Platone*, mentre sta preparandosi alla morte, dice: O Critone*, siamo in debito di un gallo ad Esculapio*, e dateglielo e non venite meno all'impegno. Lattanzio* nel III libro delle *Divinae institutiones* e Tertulliano* nell'*Apologeticus* rimproverano questo voto come se fosse stato fatto da un uomo per nulla sapiente: lo difende Lodovico Ricchieri* in *Lectiones antiquae* 16,12 più o meno con queste parole.

Oblitus est (inquit) Lactantius sententiae illius,

Egli dice: Lattanzio si è dimenticato di quella

⁴⁹⁶ Platone, *Il Fedone*, LXVI: “Ὁ Κρίτων,” ἐφῆ, “τὸ, Ἀσκληπίῳ; οφειλομένῃ ἀλεκτρυόνα· ἀλλὰ ἀπόδοτε καὶ μὲ ἀμελέσετε.” - Il passo è famoso: ad Asclepio si era soliti offrire un gallo per riconoscenza di una guarigione ottenuta, così qui Socrate pensa simbolicamente alla sua guarigione, che è la morte. In coerenza con tutto lo svolgimento del *Fedone* che ha indicato nell'esistenza terrena una vicenda travagliosa da cui la morte è liberazione, Socrate ora, nel momento di emettere l'ultimo respiro, conferma con il suo solito buon umore e la sua lucida immaginativa, la fiduciosa credenza. Un gallo ad Asclepio egli deve, e Critone lo sacrificherà, perché lasciando, in pace, la sua esistenza terrena egli sta conseguendo la sua guarigione definitiva. Altre interpretazioni, come di chi ritiene il ricordo di un voto espresso nella battaglia di Delo e non ancor soddisfatto, appaiono qui meschine e stonate. (Nilo Casini, *Il Fedone*, Felice Le Monnier, Firenze, 1958)

⁴⁹⁷ Il III libro delle *Divinae institutiones* porta il titolo di *De falsa sapientia* e non è pubblicato nel web. Uno stralcio relativo a Socrate contenuto nel *De falsa sapientia* possiamo desumerlo da Aldrovandi che lo riporta a pagina 256 di *Ornithologiae tomus alter* (1600): Lactantius in eundem Socratem ob id invecus ita inquit: *Quis iam superstitiones Aegyptiorum audeat reprehendere, quas Socrates Athenis auctoritate confirmavit sua? Illud vero nonne summae vanitatis, quod ante mortem familiares suos rogavit, ut Aesculapio Gallum, quem voverat, pro se sacrent? Timuit videlicet, ne apud Rhadamantum recuperatorem voti reus fieret ab Aesculapio. Dementissimum hominem putarem, si morbo perisset. Cum vero hoc sanus fecerit, et ipse insanus, qui eum putet sapientem.*

⁴⁹⁸ Si riportano alcuni brani dedotti dall'*Apologeticus* in cui viene citato Socrate. - XI: Quot tamen potiores viros apud inferos reliquistis! aliquem de sapientia Socratem, de iustitia Aristiden, de militia Themistoclem, de sublimitate Alexandrum, de felicitate Polycraten, de copia Croesum, de eloquentia Demosthenen. - XIV: Taceo de philosophis, Socrate contentus, qui in contumeliam deorum quercum et hircum et canem deirabat. Sed propterea damnatus est Socrates, quia deos destruebat. Plane olim, id est semper, veritas odio est. Tamen cum paenitentia sententiae Athenienses et criminatores Socratis postea affligerint et imaginem eius auream in templo collocarint, rescissa damnatio testimonium Socrati reddidit. Sed et Diogenes nescio quid in Herculem ludit, et Romanus Cynicus Varro trecentos Ioves, sive Iupitros dicendos, sine capitibus introducit. - XXII: Atque adeo dicimus esse substantias quasdam spirituales. Nec novum nomen est. Sciunt daemones philosophi, Socrate ipso ad daemonii arbitrium exspectante. - XLVI: Socratis vox est: Si daemonium permittat. Idem et cum aliquid de veritate sapiebat deos negans, Aesculapio tamen gallinaceum prosecari iam in fine iubebat, credo ob honorem patris eius, quia Socratem Apollo sapientissimum omnium cecinit. O Apollinem inconsideratum! Sapientiae testimonium reddidit ei viro qui negabat deos esse. [...]Ceterum, si de pudicitia provocemus, lego partem sententiae Atticae, in Socratem corruptorem adolescentium pronuntiatum. - Le invettive contro Socrate sono contenute anche nel *De anima* I,4-6: Adeo omnis illa tunc sapientia Socratis de industria venerat consultae aequanimitatis, non de fiducia compertae veritatis. Cui enim veritas comperta sine deo? Cui deus cognitus sine Christo? Cui Christus exploratus sine spiritu sancto? Cui spiritus sanctus accommodatus sine fidei sacramento? Sane Socrates facilius diverso spiritu agebatur, siquidem aiunt daemonium illi a puero adhaesisse, pessimum revera paedagogum, etsi post deos et cum deis daemonia deputantur penes poetas et philosophos. [5] Nondum enim Christianae potestatis documenta processerant, quae vim istam perniciosissimam nec unquam bonam, atquin omnis erroris artificem, omnis veritatis avocatricem sola traducit. Quodsi idcirco sapientissimus Socrates secundum Pythii quoque daemoneis suffragium scilicet negotium navantis socio suo, quanto dignior atque constantior Christianae sapientiae adsertio, cuius adflatu tota vis daemonum cedit? [6] Haec sapientia de schola caeli deos quidem saeculi negare liberior, quae nullum Aesculapio gallinaceum reddi iubens praevarecetur, nec nova inferens daemonia, sed vetera depellens, nec adulescentiam vitians, sed omni bono pudoris informans, ideoque non unius urbis, sed universi orbis iniquam sententiam sustinens pro nomine veritatis tanto scilicet et perosioris quanto plenioris, ut et mortem non de poculo per habitum iocunditatis absorbeat, sed de patibulo et vivicomburio per omne ingenium crudelitatis exhaustiat, interea in isto tenebrosiore carcere saeculi inter suos Cebetis et suos Phaedonas, si quid de anima examinandum est, ad dei regulas diriget, certa nullum alium potiore animae demonstratorem quam auctorem. A deo discat quod a deo habeat, aut nec ab alio, si nec a deo. Quis enim revelabit quod deus texit? Unde sciscitandum est? Unde et ignorare tutissimum est. Praestat per deum nescire, quia non revelaverit, quam per hominem scire, quia ipse praesumpserit.

Nunquam futurum Platonium, qui allegorice Platonem non putet intelligendum. Quid vero illis involucris sibi Plato voluerit, iam nunc ex Platoniorum sententia promere adoriar. Prisci Aesculapio medico, Phoebi filio gallum sacrificabant, diei Solisque nuncium, id est divinae beneficentiae morborum omnium curatrici, quae divinae providentiae filia nominatur, cui diem, id est vitae lumen se debere fatebantur. Eiusmodi medicum in superioribus Socrates perquiri iusserat, morborum animi curatorem. praeterea priscorum oracula tradunt, animas remeantes in coelum paeana, id est triumphalem cantilenam Phoebos canere. Reddit ergo Deo votum, ut alacer paeana canens coelestem repetat patriam, Haec Rhodiginus. Socrates gallum Aesculapio sacrificandum testamento cavit, cuius rei ex Platone etiam Eusebius, Tertullianus et Lactantius meminere. Artemidorus quoque in libro *Onirocriticon* quinto, somnium cuiusdam narrat, qui gallum Aesculapio vovit, si sanus foret, Gyraldus⁴⁹⁹. Et rursus in libro de *Symbolis Pythagorae*. Aesculapio gallus immolabatur. sunt qui gallinas scribant, et has quidem rostro nigro, nigrisque pedibus, et digitis imparibus. Si enim luteo essent rostro, vel pedibus, impurae putabantur ab aruspiciibus⁵⁰⁰. Ἀφίησι τῷ Ἀσκληπιῷ ἀνάθημά τε καὶ ἄθυρμα <εἶναι>, οἴονεὶ θεράποντα καὶ οἰκέτην περιπολοῦντα τῷ νεῶ [νεῶ] τὸν ὄρνιν, ὁ Ἀσπένδιος ἐκεῖνος, Suidas ex innominato, in Ἀλεκτρυόνα.

¶ Maiae, quam et Proserpinam et Cererem vocant, gallinaceum consecrarunt. quamobrem initiati huic deae avibus cortalibus abstinent,

massima che dice: Giammai diventerà un Platonico colui che non sia dell'avviso che Platone va inteso in modo allegorico. Ma cosa abbia voluto significare Platone con quelle coperture, adesso tenterò di esporlo deducendolo dal modo di pensare dei Platonici. Gli antichi sacrificavano al medico Esculapio figlio di Apollo* - o Febo - un gallo, messaggero del giorno e del sole, cioè, della beneficenza divina che cura tutte le malattie, che viene detta figlia della provvidenza divina, alla quale riconoscevano di essere debitori del giorno, cioè della luce della vita. Socrate aveva comandato che venisse scelto fra le entità superiori un siffatto medico come curatore delle malattie dell'anima. Inoltre le massime degli antichi riferiscono che le anime che ritornano in cielo cantano a Febo un peana*, cioè un ritornello trionfale. Adempie pertanto un voto al dio affinché cantando allegro un peana possa far ritorno alla patria celeste, queste le parole di Lodovico Ricchieri. Socrate nel suo testamento si preoccupò che venisse sacrificato un gallo a Esculapio, cosa di cui hanno fatto menzione anche Eusebio di Cesarea*, Tertulliano e Lattanzio traendolo da Platone. Anche Artemidoro di Daldi* nel quinto libro dell'*Onirocriticon* narra il sogno di un'altra persona che promise un gallo a Esculapio se fosse diventato sano, Giraldi. E ancora nel *Symbolorum Pythagorae Interpretatio* dice: Un gallo veniva immolato a Esculapio. Alcuni scrivono le galline, e queste dovevano avere il becco nero e le zampe nere, e le dita dispari*. Se infatti avessero avuto becco o zampe gialli venivano ritenute impure dagli aruspici. *Aphîesi tô, Asklepîô, anáthêmá te kai áthyрма, hoionèi theráponta kai oikétên peripoloúnta tô, neo, tòn órnin, ho Aspéndios ekeînos* - Quel famoso uomo di Aspendo* dedica a Esculapio, affinché sia un'offerta votiva e un trastullo, il gallo che vaga attorno al tempio come ministro e servitore, il lessico Suida da uno sconosciuto alla voce *Alektryóna*.

¶ A Maia*, che chiamano anche Proserpina* e Cerere*, consacrarono un gallo. Motivo per cui gli iniziati di questa dea si astengono dagli animali da

⁴⁹⁹ Negativa la ricerca in *Historiae Deorum Gentilium*, per cui è verosimile che la notizia sia contenuta nel *Symbolorum Pythagorae Interpretatio*. - Infatti nel novembre 2006 Roberto Ricciardi è riuscito a reperire il *Symbolorum Pythagorae Interpretatio* contenuto in *Lilii Gregorii Gyraldi Operum quae extant omnium tomus secundus* (Basileae per Th. Guarinum, MDLXXX) e a pagina 483 la frase di Giraldi suona così: Nec te id hoc loco latere velim, quod etiam de gallo gentes rem sacram facere consueverunt, eumque vel in primis Aesculapio mactabant: quod et Socratem testamento cavisset, apud Platonem legimus: cuius rei et Eusebius, Tertullianus et Lactantius meminere. Artemidorus quoque in libro *Onirocriticon* quinto, somnium cuiusdam narrat, qui gallum Aesculapio vovit, si sanus foret.

⁵⁰⁰ *Historiae Deorum Gentilium* Syntagma XVII: Aesculapio de capra res divina in primis fiebat, quoniam capra nunquam sine febre esse dicitur: salutis vero deus Aesculapius. Sed et gallus illi immolabatur, ut est alibi a me dictum. Sunt qui gallinas scribant, et has quidem rostro nigro, nigrisque pedibus, et digitis imparibus. Si enim luteo essent rostro, vel pedibus, impurae putabantur ab aruspiciibus. - Karin Zeleny nel suo studio sulle *Historiae Deorum Gentilium* del 1999 riporta che Giraldi scrisse il trattato citato da Gessner, contenuto in *Libellus in quo aenigmata pleraque antiquorum explicantur - Paroeneticus Liber adversus ingratos - Symbolorum Pythagorae Interpretatio, cui adiecta sunt Pythagorica Praecepta mystica a Plutarcho interpretata - Libellus quomodo quis ingrati nomen et crimen effugere possit* (Basileae 1551). Nulla vieta che la stessa frase riportata da Gessner e tratta dal *liber de Symbolis Pythagorae* sia contenuta pari pari nel Syntagma XVII delle *Historiae Deorum Gentilium*.

nam et Eleusine abstinentia ab his alitibus, et piscibus fabisque praecipitur, Porphyrius lib. 4. de abstinendo ab animatis. ¶ Gallus etiam Cybeli dicatus fuit, Gyraldus. ¶ Sunt qui tradant Pythagoram praeter sua instituta, bovem quandoque Mysis, et Iovi gallum album immolasse: quoque vix crediderim, propter ea quae de eo in Symbolis retuli, Idem. ¶ Pecudem spondere sacello | Balantem, et laribus cristam promittere galli | Non audent, Iuvenalis Sat. 8. ¶ Gallum Latonae in amore esse aiunt, et quod ei affuerit parienti, et quod etiam nunc parientibus adsit, et faciles partus efficiat, Aelian⁵⁰¹. Kiranides quidem gallinae cor ea adhuc palpitante exemptum, et coxae adalligatum, partum egregie accelerare scribit.

¶ Gallus sacer erat Marti, et in templis dedicabatur, Eustathius. Hinc forte Aristophanes in Avibus gallum Ἄρεως νεοττόν, hoc est Martis pullum cognominat. Scholiastes quidem sic vocari ait, tanquam fortem et pugnacem. Romani Marti interdum gallum appingebant, ob militum videlicet vigilantiam: vel propter Alectryonis fabulam, Martis satellitis, in eam avem conversi, ut in eius nominis Festivo libello Lucianus scribit, et Ausonius⁵⁰² poeta uno pene versu attingit: Ter clara instantis Eoi, | Signa canit serus deprenso Marte satelles, Lilius Gr. Gyraldus. Lacedaemonii cum aliquo strategemate victoria potiti essent, Marti bovem immolabant: si vero aperto Marte vicissent, gallum. id quod ab eis non sine ratione fiebat, quod [409] pluris aestimabant incruentam victoriam, quam cruentam, Lilius Gr. Gyraldus: ut duces suos exercerent, non bellicosos tantum esse, sed etiam στρατηγικούς (lego στρατηγηματικούς,) Plutarchus in Laconicis.

cortile, infatti anche a Eleusi* viene prescritta l'astinenza da questi volatili, nonché dai pesci e dalle fave*, Porfirio* nel IV libro del *De abstinentia ab animalibus*. ¶ Il gallo fu dedicato anche a Cibele*, Giraldi. ¶ Alcuni riferiscono che Pitagora, tralasciando i suoi precetti, talora immolò alle Muse* un bue, a Giove* un gallo bianco: anche questo farei fatica a crederlo a causa di ciò che ho riferito su di lui nel *Symbolorum Pythagorae Interpretatio*, ancora Giraldi. ¶ Non osano promettere in voto al santuario un animale belante e una cresta di un gallo ai Lari*, Giovenale* *Satira XIII*, vv. 232-34. ¶ Dicono che il gallo è amato da Latona*, sia perché si trovava al suo fianco quando stava partorendo, sia perché anche adesso si trova al fianco delle partorienti, e provoca dei parti facili, Eliano*. E Kiranide* scrive che il cuore estratto da una gallina che sta ancora sussultando e allacciato alla coscia accelera in modo meraviglioso il parto.

¶ Il gallo era sacro a Marte* e veniva dedicato nei templi, Eustazio*. Forse per questo Aristofane* negli *Uccelli* soprannomina il gallo *Áreos neotón*, cioè pulcino di Ares. E lo scoliaste* dice che viene così chiamato come per dire che è forte e pugnace. Talora i Romani rappresentavano un gallo accanto a Marte, evidentemente perché i soldati vigilavano: oppure per la favola di Alettrione*, guardia del corpo di Marte, trasformato in questo uccello, come scrive Luciano* nel divertente opuscolo dallo stesso nome - *Il sogno ovvero il gallo - Óνειρος ἑλεκτρυόν* -, e che il poeta Ausonio* ha menzionato con a malapena un verso: Dopo che Marte è stato scoperto, la tonta guardia del corpo canta tre volte gli squillanti segnali dell'Aurora che incalza, Giglio Gregorio Giraldi. Gli Spartani, se si erano impadroniti della vittoria con qualche sotterfugio, immolavano a Marte un bue: ma se avevano vinto con una battaglia in campo aperto, immolavano un gallo. Una cosa che veniva da loro fatta non senza una ragione, in quanto apprezzavano maggiormente una vittoria incruenta di una cruenta, Giglio Gregorio Giraldi: per addestrare i loro comandanti a essere non solo bellicosi, ma anche *stratēghikoús* - degli strateghi (io interpreto *stratēghēmatikoús* - esperti in stratagemmi), Plutarco* in *Laconica apophthegmata*.

⁵⁰¹ *La natura degli animali* IV,29: Il gallo, così dicono, diventa particolarmente eccitato e saltella quando spunta la luna. Non lascerebbe mai passare inosservato il levar del sole; quando appare egli supera se stesso nell'intonare il suo canto. So che il gallo è l'uccello favorito da Latona. Il motivo è dovuto al fatto che esso assisteva la dea quando, presa dalle doglie, partorì felicemente i suoi due gemelli. Per questa ragione anche adesso viene posto un gallo accanto a una partoriente e sembra che ciò giovi a un felice evento [*euodinas* - generato facilmente]. (traduzione di Francesco Maspero)

⁵⁰² *Griphus ternarii numeri* 2.

¶ Mercurio gallum attribuit Fulgentius⁵⁰³, ob mercatorum videlicet vigilantiam, Gyraldus⁵⁰⁴. Gallinaceus Ἑρμοῦ παρέδρος memoratur in Somnio Luciani. In arce Eleorum Pallados galeae insidet gallus, ex pugnacis naturae argumento. Sed, inquit Pausanias (in Eliacis⁵⁰⁵), Minervae sacram arbitrari, (existimari posse,) quam ἐργάνην vocant, possumus avem hanc, Caelius. forte quod ad erga, id est opera, gallus excitet. ¶ Nocti deae (inquit Gyraldus) gallus sacrificabatur, et nocturno tempore. Nocte deae {noctis} <Nocti> cristatus caeditur ales, | Quod tepidum vigili {provocat} <provocet> ore diem, Ovidius in Fastis⁵⁰⁶. ¶ Sacri sunt Soli, cui venienti assurgunt, quo cum eunt dormitum, Textor. Soli et Lunae sacrum esse gallum, supra etiam scripsimus in Symbolo Gallum nutrias, etc.⁵⁰⁷ Scribunt Laertius et Suidas gallum album non attingendum, inter symbola esse: hoc est ἀλεκτρούνος μὴ ἄπτεισθαι λευκοῦ: quod Iovi, inquit, sacer est et Lunae, atque horarum nuncius et diei. Meminit et Plutarchus quarto Symposiacion, sed causam non adfert, Gyraldus. Gallum album mensi sacrum, utpote horarum nuncium credidit Pythagoras, (quare et abstinere eo iussit, Laertius,) Gyraldus. ¶ Volucris Titania,

¶ Fulgenzio* ha affidato un gallo a Mercurio*, ovviamente affinché i mercanti siano vigili, Giraldi*. In *Il sogno ovvero il gallo* di Luciano* il gallo viene menzionato come *Hermōū parédros*, il collaboratore di Ermes. Sull'acropoli degli abitanti di Elide* un gallo sta ritto sull'elmo di Atena*, per motivi legati alla sua natura combattiva. Ma Pausania* in *Elide* dice che questo uccello possiamo considerarlo (può essere ritenuto) sacro a Minerva, che chiamano *ergánēn*, l'industriosa, Lodovico Ricchieri*. Forse perché il gallo sprona agli *erga*, cioè alle attività. ¶ Giraldi dice: Il gallo veniva sacrificato alla dea Notte*, e di notte. Di notte l'uccello fornito di cresta viene immolato alla dea Notte, | in quanto con la sua voce vigile richiama il tiepido giorno, Ovidio* nei Fasti. ¶ Essi sono sacri al Sole*, di fronte al quale si alzano quando sta arrivando, e con lui vanno a dormire, Jean Tixier*. Anche in precedenza - pag. 408 - ho scritto che il gallo è sacro al Sole e alla Luna* a proposito del simbolo di fede *Nutri il gallo*, etc.. Diogene Laerzio* e il lessico Suida* scrivono che tra i simboli di fede c'è che il gallo bianco non deve essere toccato: cioè, *alektryónos mē háptesthai leukoî:* in quanto, dice, è sacro a Giove* e alla Luna, ed è l'araldo delle ore e del giorno. Lo ricorda anche Plutarco* in *Symposiakà problēmata*, ma non adduce il motivo, Giraldi. Pitagora* ritenne che il gallo bianco era sacro al mese

⁵⁰³ *Mythologiarum libri tres* - I, XVIII. FABULA MERCURII. - Si furtis praefuerunt dii, non erat opus criminibus iudicem, ex quo culpae habuerunt caelestem auctorem. Mercurium dicunt praeesse negotiis, virgam ferentem serpentibus nexam, pennatis quoque talaribus praeditum, hunc etiam internuntium furatrumque deum. Quid sibi vero huius nominis atque imaginis significatio disserat, edicamus. Mercurium dici voluerunt quasi mercium-curum; omnis ergo negotiator dici potest Mercurius. - Quare pennas. - Pennata vero talaria, quod negotiantum pedes ubique pergendo [quasi] pennati sunt. - Quare virgam. - Virgam vero serpentibus nexam ob hoc adiciunt, quod mercatus det aliquando regnum ut sceptrum, det vulnus ut serpentum. - Quare galerem et gallum. - Galere enim coperto capite pingitur, quod omne negotium sit semper absconsum. Gallum quoque in eius ponunt tutelam, sive quod omnis negotiator semper invigilet seu quod ab eius cantu surgant ad peragenda negotia.

⁵⁰⁴ Forse la referenza di Gessner è corretta anche se in base alle mie limitate capacità di comprendonio è poco chiaro se Giraldi con *attribuere* stia riferendosi a Virgilio* e Stazio* oppure a Fulgenzio e Stazio. Ecco il testo di Giraldi tratto da *Historiae Deorum Gentilium* Syntagma IX: Sed Fulgentius: Pennata, inquit, talaria habent, quod negotiantium pedes ubique pergendo quasi pennati sunt. Pingitur praeterea cum galero alato, et cum talaribus, et petaso in pedibus. caduceumque in manibus interdum fingitur, nunc virgam, nunc falcatum gladium habens, id est Harpen, et (ut dixi) marsupium plerunque attribuere. L. Apuleius de Asino aureo, Mercurium ita libro decimo effingit. Puer, ait, luculentus, nudus, nisi quod ephēbi chlamyde sinistrum tegebat humerum, flauis crinibus onspicius: inter comas eius aureae pinnulae simul coniunctae prominebant, cum caduceo et virgula. Vergilius plane et ipse in quarto Aeneidos ita effingit, Ille patris, inquit, magni parere parabat | Imperio, et primum pedibus talaria nectit | Aurea, quae sublimem alis, sive aequora supra | Seu terram rapido pariter cum flamine portant. | Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco | Pallentesque, alias subtristia tartara mittit. | Dat somnos, adimitque, et lumina morte resignat: | Illa fretus agit ventos, et turbida tranat | Nubila. His non dissimila Statius Papinius primo libro Thebaidos, sed uterque ab Homero desumpsit. Huic deo porro gallum attribuere, quod literati et negotiatores vigilare habent necesse, nec totam somno fas est consumere noctem. Mercurii insuper statuis viatores solebant lapidum acervos accumulare, ut singuli singulos adiciere: id inuēntes, ut ait Phurnutus, vel ita deum honorare, re scilicet ea quae ad praesens sit in promptu et obvia: vel quod ita viam videantur repurgare, ne ad lapides caeteri viatores offendant: vel quod eo lapidum cumulo statua dei notior praetereuntibus fieret. - Ma grazie a Roberto Ricciardi possiamo affermare che *attribuere* è riferito a Fulgenzio e Stazio. Infatti nel novembre 2006 Roberto Ricciardi è riuscito a reperire il *Symbolorum Pythagorae Interpretatio* contenuto in *Lilii Gregorii Gyraldi Operum quae extant omnium tomus secundus* (Basileae per Th. Guarinum, MDLXXX) e a pagina 483 la frase di Giraldi qui citata suona così: Mercurio tamen gallus attribuit Fulgentius, ob mercatorum videlicet vigilantiam.

⁵⁰⁵ *Periegesi della Grecia* VI, Elide II, 26,3.

⁵⁰⁶ *Fasti* I,455-456: Nocte deae Nocti cristatus caeditur ales, | quod tepidum vigili provocet ore diem. - Anche a pagina 402 ricorre *noctis* invece di *Nocti*.

⁵⁰⁷ A pagina 408: Hoc (inquit Lilius Gr. Gyraldus) ab aliquibus inter symbola repositum est. Sunt qui dimidiatum tantum efferant, Gallos enutrias. Nonnulli praeeptum hoc non symbolum faciunt, nec aliud quam gallum ipsum intelligunt.

pro gallinaceo, apud Textorem. ¶ Ludovicus Romanus author est cacodaemonis sacerdotes sanguine gallinacei, cultello argenteo iugulati, carbonibus ignitis aspersi, ei sacrum peragere.

¶ Auguria. Inter divinationum genera aliqui etiam alectryomantiam numerant, Gyraldus. Praeposteros aut vespertinos gallorum cantus optimi eventus multi notavere. Themistocli pridie quam Xerxem duceret, auditus gallorum cantus, victoriae mox futurae praenuncium fecit: idque ideo, quod victus nequaquam canit: victor vero obstrepit et murmurat. contra vero gallinarum. nam diri aliquid imminere, aut futurum incommodum illarum cantus designavit, Alexander ab Alex. Cecinere galli nocte tota qua magnus Matthaeus vicecomes primum suscepit filium: unde Galleacio nomen inditum, portentum quodam magnae successionis, Volaterranus. Gallinaceorum sunt tripudia solistima. hi magistratus nostros quotidie regunt, domosque ipsis suas claudunt aut reserant. Hi fasces Romanos impellunt aut retinent: iubent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices. Hi maxime terrarum imperio imperant, extis etiam fibrisque haud aliter quam op{t}imae victimae diis {gratae} <grati>. Habent ostenta et praeposteri eorum vespertini<que> cantus. Nanque totis noctibus canendo Boeotiis nobilem illam adversus Lacedaemonios praesagivere victoriam, ita coniecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret, Plinius⁵⁰⁸. Puls potissimum dabatur pullis in auspiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere, quod tripudium faceret: id est terripuvium. puvire⁵⁰⁹ enim ferire est. Bonum enim augurium esse putabant, si pulli per quos auspicabantur, comedissent: praesertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset. Sin autem omnino non edissent, arbitrabantur periculum imminere, Festus. Moris fuit Romanis ducibus pugnam inituris advocare pullarium, ut offas gallis objiceret ad augurium captandum. si vescerentur, ratum erat auspicium, cum aliquid

dal momento che era il messaggero delle ore, (motivo per cui ordinò pure di astenersene, Diogene Laerzio), Giraldi. ¶ In Jean Tixier troviamo uccello discendente dei Titani* al posto di gallo. ¶ Ludovico de Varthema* narra che i sacerdoti di un demone cattivo compiono in suo onore una cerimonia sacra con il sangue di un gallo sgozzato con un coltello d'argento e cosparso di carboni ardenti.

¶ PRESAGI. Alcuni tra i vari tipi di profezie annoverano anche l'*alectryomantia*, Giraldi. Parecchi hanno segnalato come indicativi di un ottimo evento i canti dei galli fuori tempo oppure serali. L'aver udito il canto dei galli il giorno prima di dar battaglia a Serse I* per Temistocle* rappresentò il segno premonitore di una vittoria che si sarebbe presto verificata: e pertanto ne deriva il fatto che colui che è vinto assolutamente non canta: e il vincitore strepita e fa rumore: al contrario delle galline. Infatti il canto delle galline aveva preannunciato che qualcosa di funesto stava incombendo o che stava per accadere una disgrazia, Alessandro Alessandri*. I galli hanno cantato per tutta la notte in cui a Matteo Visconti I* il Grande nacque il primo figlio: motivo per cui gli fu assegnato il nome di Galeazzo*, in un certo senso come presagio di un illustre discendente, Raffaello Maffei*. Ai galli sono dovuti i tripudi* - i presagi favorevoli. Essi guidano ogni giorno i nostri magistrati e a essi chiudono o aprono le loro case. Essi trattengono o incitano i fasci littori romani* - frenano o spingono alle alte cariche: comandano o proibiscono schieramenti di truppe, auspici di tutte le vittorie conseguite in tutto il mondo. Essi soprattutto dominano sul dominio del mondo, graditi agli Dei per quanto riguarda le viscere e le interiora, non diversamente da quanto lo sono le vittime opime. Ritengono come annunci di fatti straordinari anche i loro canti fuori tempo e serali. E infatti cantando per notti intere predissero ai Beoti* quella famosa vittoria contro gli Spartani*, e l'interpretazione che è stata ipotizzata è questa: in quanto quell'uccello se sconfitto non canterebbe, Plinio*. Durante gli auspici veniva dato ai polli soprattutto del pastone, in quanto era necessario che qualcosa cadesse a terra, in quanto ne sarebbe scaturito un auspicio favorevole: cioè la terra sarebbe stata colpita. Infatti *puvire* significa colpire. Infatti ritenevano fosse di buon auspicio se i polli avessero mangiato per l'intervento di coloro dai

⁵⁰⁸ *Naturalis historia* X,48-49: Iam ex his quidam ad bella tantum et proelia adsidua nascuntur - quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram; secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis -, ut plane dignae aliti tantum honoris perhibeat Romana purpura. [49] Horum sunt tripudia solistima, hi magistratus nostros cotidie regunt domusque ipsis suas claudunt aut reserant. Hi fasces Romanos impellunt aut retinent, iubent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices. Hi maxime terrarum imperio imperant, extis etiam fibrisque haud aliter quam opimae victimae diis grati. Habent ostenta et praeposteri eorum vespertinique cantus: namque totis noctibus canendo Boeotiis nobilem illam adversus Lacedaemonios praesagivere victoriam, ita coniecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret.

⁵⁰⁹ Ai tempi di Festo Sesto Pompeo (II-III secolo dC) probabilmente *terripavium* e *pavire* si erano trasformati in *terripuvium* e *puvire*, come dimostra il suo *De verborum significatione*.

ore excidisset, terripudium dicebatur solistimum, mox tripudium dictum, quoniam scilicet esca in solo cadebat, Grapaldus. Cum terripudio Flaminius auspicaretur, pullarius diem praelii committendi differebat, M. Tullius lib. 1. de Divinat.⁵¹⁰

Non solum augures Romani ad auspicia primum pararunt pullos, sed etiam patres familiae rure, Varro⁵¹¹. Pullarius dicitur qui pullorum curam habet, et qui e pastu pullorum captat auspicia, Ciceroni ad Plancum lib. 10.⁵¹² et Livio 8. ab Urbe⁵¹³. Attulit in cavea pullos, is qui ex eo <ipso> nominatur pullarius, Cicero 2. de Divinat.⁵¹⁴ P. Claudius bello Punico primo cum praelium navale committere vellet, auspiciaque more maiorum petisset, et pullarius non exire pullos cavea nunciasset, abiici eos in mare iussit, dicens: Quia esse nolunt, bibant, Val. Maxim.⁵¹⁵

quali venivano fatti presagire: soprattutto se mentre mangiavano fosse caduto loro di bocca qualcosa. Ma se non avessero assolutamente mangiato, ritenevano che stava incombendo un pericolo, Festo*. È stata abitudine dei condottieri romani che stavano per iniziare una battaglia convocare il custode del pollaio perché gettasse ai galli dei bocconi per poterne trarre un auspicio: se li avessero mangiati, l'auspicio era valido, e se qualcosa fosse caduto dalla bocca, veniva detto un colpire la terra di buon auspicio, poi detto tripudio., cioè in quanto il boccone cadeva al suolo, Francesco Mario Grapaldi*. Siccome Gaio Flaminio* cercava dei presagi attraverso il tripudio, il custode del pollaio rinviava il giorno di attaccare battaglia, Cicerone* nel I libro del *De divinatione*.

Non solo gli àuguri romani furono i primi ad addestrare i polli per gli auspici, ma anche i capifamiglia in campagna, Varrone*. Viene detto *pullarius* colui che si prende cura dei polli e colui che trae gli auspici dal modo di mangiare dei polli, in Cicerone nel X libro *Ad familiares* rivolgendosi a Planco*, e Livio* nel libro VIII *Ab urbe condita*. Ha collocato nella gabbia i polli colui che, proprio per questo, viene chiamato *pullarius*, Cicerone nel II libro del *De divinatione*. Claudio Publio Pulcro* durante la prima guerra punica* volendo ingaggiare una battaglia navale e avendo richiesto i presagi secondo il costume

⁵¹⁰ *De divinatione* I,35,77: Quid? Bello Punico secundo nonne C. Flaminius, consul iterum, neglexit signa rerum futurarum magna cum clade rei publicae? Qui exercitu lustrato cum Arretium versus castra movisset et contra Hannibalem legiones duceret, et ipse et equus eius ante signum Iovis Statoris sine causa repente concidit nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ut peritis videbatur, ne committeret proelium. Idem, cum tripudio auspicaretur, pullarius diem proelii committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quaesivit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret. Cum ille quiescendum respondisset, Flaminius: "Praeclara vero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur!" Itaque signa convelli et se sequi iussit. Quo tempore cum signifer primi hastati signum non posset movere loco, nec quicquam proficeretur [?] plures cum accederent, Flaminius re nuntiata suo more neglexit. Itaque tribus iis horis concisus exercitus atque ipse interfectus est.

⁵¹¹ *Rerum rusticarum* III,3,5: Earum rerum cultura instituta prima ea quae in villa habetur; non enim solum augures Romani ad auspicia primum pararunt pullos, sed etiam patres familiae rure.

⁵¹² *Ad Familiares* X,12: Recitatis litteris oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu, non satis diligenter cum auspiciis operam dedisse, idque a nostro collegio comprobatum est; itaque res dilata est in posterum.

⁵¹³ *Ab urbe condita* VIII,30: In Samnium incertis itum auspiciis est; cuius rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit. namque Papirius dictator a pullario monitus cum ad auspiciis repetendum Romam proficisceretur, magistro equitum denunciavit ut sese loco teneret neu absente se cum hoste manum consereret. - IX,14: Agentibus divina humanaque, quae adsolent cum acie dimicandum est, consulibus Tarentini legati occursare responsum exspectantes; quibus Papirius ait: "auspicia secunda esse, Tarentini, pullarius nuntiat; litatum praeterea est egregie; auctoribus dis, ut videtis, ad rem gerendam proficiscimur". - X,40: Tertia vigilia noctis iam relatis litteris a collega Papirius silentio surgit et pullarium in auspiciis mittit. Nullum erat genus hominum in castris intactum cupiditate pugnae; summi infimique aequae intenti erant; dux militum, miles ducis ardorem spectabat. Is ardor omnium etiam ad eos qui auspicio intererant pervenit; nam cum pulli non pascerentur, pullarius auspiciis mentiri ausus tripudium solistimum consuli nuntiavit.

⁵¹⁴ *De divinatione* II,34: Tum ille: "Dicito, si pascuntur." "Pascuntur." Quae aves? Aut ubi? Attulit, inquit, in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius. Haec sunt igitur aves internuntiae Iovis! Quae pascantur necne, quid refert? Nihil ad auspicia; sed quia, cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere et terram pavire (terripavium primo, post terripudium dictum est; hoc quidem iam tripudium dicitur) - cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiatur.

⁵¹⁵ Gessner non cita dall'opera originale di Valerio Massimo (*Factorum et dictorum memorabilium libri novem*) in cui il brano è assente, ma, seppure con piccolissime differenze, dall'*Epitome Valerii Maximi* di Giulio Paride: P. Claudius bello Punico primo, cum proelium navale committere vellet, auspiciaque more maiorum petisset, et pullarius non exire cavea pullos nuntiasset, abiici eos in mare iussit, dicens 'quia esse nolunt, bibant!'. (J. Briscoe, Leipzig, Teubner 1998 - I 4,3, p. 34,41) § L'episodio relativo a Publius Claudius è presente, per esempio, in Livio, *Periocha* XIX: Caecilius Metellus rebus adversus Poenos prospere gestis speciosum egit triumphum, XIII ducibus hostium et CXX elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher cos. contra auspiciis profectus - iussit mergi pullos, qui

degli antenati, e avendo il custode annunciato che i polli non uscivano dalla gabbia, diede ordine di gettarli in mare dicendo: Dal momento che non vogliono mangiare, bevano, Valerio Massimo*.

¶ Invenitur in annalibus, in Ariminensi agro M. Lepido, Q. Catulo coss. in villa Galerii locutum gallinaceum, semel quod equidem sciam, Plinius⁵¹⁶. ¶ Galenus alicubi in Commentario in primum Epidemiorum, insomnii de cristis gallinaceorum meminit.

¶ Negli annali si rinviene che nel territorio di Rimini durante il consolato di Marco Emilio Lepido* e di Quinto Catulo - 78 aC - nella tenuta di Galerio un gallo parlò, una sola volta, per quanto ne so, Plinio. ¶ Galeno* in un punto di *In Hippocratis epidemiorum librum I commentarii* fa menzione di una visione che aveva come argomento le creste dei galli.

incipiunt. maiori quidem avium generi plus temporis praetereat necesse est, minori minus sufficit.⁶⁹⁸ Schista⁶⁹⁹ ova Plinius appellat tota lutea, quae triduo incubata tolluntur. Causa nominis, ut arbitror, quia dividantur, et discedat vitellus a candido, Hermolaus. In ovo primum apparet caput pulli, Galenus in Anatome vivorum. sed de formatione pulli in ovo plura superius scripta sunt.

¶ Excludunt celerius incubantes aestate, quam hyeme. ideo aestate gallinae duodevigesimo (undevigesimo, Plinius) die foetum excludunt: hyeme aliquando vigesimoquinto. Discrimen tamen et avium est, quod aliae magis aliis fungi officio incubandi possunt, Aristot.⁷⁰⁰ Aestate locis calidis decimonono die exeunt ova, hyeme vicesimonono, Albertus. Caput pulli ad acumen ovi convertitur⁷⁰¹, et totum

cominciano a mostrare un segno dopo il terzo giorno e la terza notte da quando hanno cominciato a essere incubate. Negli uccelli di dimensioni maggiori è necessario che trascorra un periodo di tempo maggiore, in quelli più piccoli è sufficiente un tempo più breve. Plinio denomina uova *schista* - divise - quelle tutte gialle che vengono rimosse al terzo giorno d'incubazione. Mi pare che il motivo di questo nome stia nel fatto che si dividono e si separa il vitello dal bianco, Ermolao Barbaro*. Nell'uovo appare per prima la testa del pulcino. Galeno* in *Administrationes anatomicae Libri I-IX*. Ma sulla formazione del pulcino nell'uovo è stato scritto parecchio in precedenza.

¶ Schiudono più in fretta se le covano in estate anziché in inverno. Pertanto in estate le galline fanno schiudere il feto al 18° giorno (19°, Plinio): in inverno talora al 25°. Del resto esiste anche una differenza tra gli uccelli, in quanto alcuni possono assolvere al compito di covare meglio di altri, Aristotele. In estate nelle località calde le uova schiudono al 19° giorno, in inverno al 29°, Alberto. La testa del pulcino si dirige verso la parte acuminata - no! verso la parte ottusa - dell'uovo e tutto

⁶⁹⁸ *Historia animalium* VI,3 561a: Nelle galline, dunque, un primo segno compare dopo tre giorni e tre notti; negli uccelli più grandi di queste occorre più tempo, in quelli più piccoli meno. (traduzione di Mario Vegetti)

⁶⁹⁹ Siccome incorreremo nel latino *sitista* di Plinio, premettiamo che l'aggettivo greco *σιτιστός* riferito agli animali significa ben nutrito, ingrassato; deriva dal verbo *σιτίζω* che significa nutrire. - La trasformazione di *sitista* in *schista* è dovuta a Ermolao Barbaro *Castigationes Plinianae*: EX LIBRO VIGESIMONONO EX CAPITE III: FIUNT ET TOTA LUTEA QVAE VOCANT SITISTA: Alii codices habent Sicista. Ipsum legendum fere arbitror Schista: quoniam ab incubatu exempta quasi dividantur et discedat vitellus a candido. Nam & luteum & candidum dicit Aristoteles de animalium generatione tertio, membranibus inter sese distinguuntur: & incubante ave concoquenteque animal ex alba parte ovi secernitur, augetur ex reliqua. - I nostri testi riportano abitualmente *sitista*, come risulta dal seguente brano della *Naturalis historia* XXIX, 45: Utilia sunt et cervicibus doloribus cum anserino adipe, sedis etiam vitibus indurata igni, ut calore quoque prosint, et condylomatis cum rosaceo; item ambustis durata in aqua, mox in pruna putaminibus exustis, tum lutea ex rosaceo inlinantur. Fiunt et tota lutea, quae vocant sitista, cum triduo incubata tolluntur. Stomachum dissolutum confirmant pulli ovorum cum gallae dimidio ita, ne ante II horas alius cibus sumatur. Dant et dysintericis pullos in ipso ovo decoctos admixta vini austeri hemina et pari modo olei polentaecae. - Nella *Naturalis historia* Plinio usa *schistos* per indicare un minerale in XXIX,124, XXXIII,84 e in XXXVI,144,145 e 147. L'aggettivo *schistos*, -a, -on significa fissile, cioè che si può fendere, che si può dividere facilmente, derivato dal greco *schízō* = scindo, divido; viene usato da Plinio in XXX,74, in XXXI,79 e in XXXIII,88 riferito all'allume. Il sostantivo maschile *schistos* significa limonite*, minerale ferroso che nella varietà pulverulenta, nota con il nome di ocre gialla, viene usata come pigmento colorante (terra di Siena). Ma Plinio usa l'aggettivo *schistos* per indicare anche una cipolla che, come lo scalogno - *Allium ascalonicum* -, possiede un bulbo composto da bulbilli aggregati i quali possono essere separati e quindi usati uno a uno per riprodurre la pianta, come accade per l'aglio comune o *Allium sativum*. Ecco il brano di Plinio in cui parla della cipolla di Ascalona e della cipolla *schista* in *Naturalis historia* XIX: [101] Alium cepasque inter deos in iureiurando habet Aegyptus. Cepae genera apud Graecos Sarda, Samothracia, Alsidenia, setania, schista, Ascalonia, ab oppido Iudaeae nominata. Omnibus etiam odor lacrimosus et praecipue Cypridis, minime Cnididis. Omnibus corpus totum pingui tunicarum cartilagine. [102] E cunctis setania minima, excepta Tusculana, sed dulcis. Schista autem et Ascalonia condiuntur. Schistam hieme cum coma sua relinunt, vere folia detrahunt, et alia subnascuntur iisdem divisuris, unde et nomen. Hoc exemplo reliquis quoque generibus detrahi iubent, ut in capita crescant potius quam in semen. - Plinio usa *schistos* anche per indicare un modo di preparare il latte in XXVIII,126: Medici speciem unam addidere lactis generibus, quod schiston appellaverunt. Id fit hoc modo: fictili novo fervet, caprinum maxime, ramisque ficulneis recentibus miscetur additis totidem cyathis mulsi, quot sint heminae lactis. Cum fervet, ne circumfundatur, praestat dyathus argenteus cum frigida aqua demissus ita, ne quid infundat. Ablatum deinde igni refrigeratione dividitur et discedit serum a lacte. - Insomma: com'era prevedibile, nessuna traccia in *Naturalis historia* delle uova *schista* citate da Aldrovandi in quanto furono ideate da Ermolao Barbaro. Anche Conrad Gessner riporta le uova *schista* come notizia dovuta a Plinio pag. 420: Fiunt et tota lutea quae vocant schista, cum triduo incubata tolluntur, Plin. - Viene da pensare che a pagina 420* anche Gessner abbia fatto affidamento sulla *castigatio* di Ermolao Barbaro.

⁷⁰⁰ *Historia animalium* VI,2 559b-560a: Le uova covate d'estate si schiudono più rapidamente che in inverno: infatti d'estate le galline le fanno schiudere [560a] in diciotto giorni, mentre d'inverno ne occorrono loro talvolta anche venticinque. Del resto gli uccelli differiscono tra loro anche per la maggiore o minore attitudine alla cova. Se tuona durante la cova, le uova si rovinano. (traduzione di Mario Vegetti)

⁷⁰¹ Questo è un grave errore di Alberto. La testa del pulcino è diretta verso la parte ottusa dell'uovo, dove c'è la camera d'aria. Vedi il lessico alla voce Embrione di pollo*.

corpus ad residuum: et pullus nascitur supra pedes, sicut et caeteri pulli avium, Idem. Et rursus, Exit autem in partu prius pars latior, quae extrorsum in ave vertitur: posterius acuta, quae diaphragma respicit. quare etiam durior est eadem et ex calore nonnihl corrugata in ovis gallinarum. Exeunt ova a rotundissima sui parte, dum pariuntur, molli putamine, sed protinus durescente, quibuscumque emergunt portionibus, Plinius⁷⁰².

D.

Gallinae cum mares vicerint, cucur<r>iunt, et exemplo marium tentant superventu coire. crista etiam caudaque erigitur, ita, ne facile praeterea sit, an foeminae sint cognoscere. nonnunquam etiam calcaria parva iis enascuntur, Aristot.⁷⁰³ ¶ Villaribus gallinis et religio inest. inhorrescunt {a}edito ovo, excutiuntque sese, et circumactu purificant, et festuca aliqua sese et ova lustrant, Plin.⁷⁰⁴ De hoc gallinarum pericarpismo, plura leges in C. Ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι {νεοσοῖσι} <νεοσοῖσι> προφέρησι | Μάστακ', ἐπεὶ >κε λάβησι. κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῆ, Achilles Iliad. ι.⁷⁰⁵ suos quos pro Graecis subierat labores et pericula prae nimia in eos benevolentia, conferens matricis avis (gallinae nimirum per excellentiam) in pullos affectui, quos illa dum pascit, et cibos subinde collectos ore porrigit, se suamque famem negligit. Citat haec verba Plutarchus in libro de amore parentum erga prolem⁷⁰⁶. Ubi haec etiam eius verba leguntur, {ὄτι} <ὥσπερ> ἡ Ὀμηρικὴ ὄρνις τῷ ἑαυτῆς τρέφει λιμῶ τὰ ἔγγονα καὶ τὴν τροφήν τῆς γαστρὸς ἀπτομένην, ἀποκρατεῖ καὶ πιέζει τῷ στόματι, μὴ λάθη καταπιούσα. Gyb. Longolius sic transtulit, Homeric a vis sua fame parvulos natos pascit: et nutrimentum

il resto del corpo verso lo spazio rimanente: e il pulcino nasce appoggiandosi sui piedi, come anche gli altri pulcini degli uccelli, sempre Alberto. E ancora: Durante la deposizione fuoriesce per prima la parte più larga dell'uovo, che all'interno dell'uccello si gira verso l'esterno: per ultima esce la parte acuminata, che è diretta verso il diaframma. Motivo per cui è anche la parte più dura e nelle uova delle galline è abbastanza corrugata a causa del calore. Le uova mentre vengono deposte escono presentando la loro porzione più arrotondata, col guscio molle, ma che rapidamente si indurisce con qualunque parte fuoriescano, Plinio.

D

Le galline, allorché hanno avuto la meglio sui maschi, fanno chicchirichì e sull'esempio dei maschi tentano di accoppiarsi montando. Si drizza anche la cresta così come la coda, cosicché poi non è facile riconoscere se siano femmine. Talvolta spuntano loro anche dei piccoli speroni, Aristotele. ¶ Nelle galline di fattoria esiste pure una ritualità. Arruffano le piume dopo aver deposto l'uovo e si scrollano e si purificano andando in tondo, e purificano se stesse e le uova con una festuca, Plinio. Su questo *perikarpismós* - il coprirsì di paglia - leggerai parecchie cose nel paragrafo C. *Hos d'órnis apté, si veossoísi prophéresi* | *Mástak', epeíke lábēsi. kakós d'ára oi pélei autē;* - Come infatti la gallina offre ai pulcini implumi | il cibo dopo averlo procurato, per lei stessa rappresenta un danno, Achille* in *Iliade* canto IX. Le sue fatiche e i pericoli cui era andato incontro a favore dei Greci a causa di un eccessivo amore nei loro confronti, riferendosi all'affetto dell'uccello madre (che ovviamente è rappresentato per eccellenza dalla gallina) nei confronti dei pulcini, che mentre li fa pascolare e porge con la bocca i cibi appena raccolti trascura se stessa e la sua fame. Plutarco* cita queste parole nel libro *L'amore dei genitori verso la prole*. Nel quale si leggono anche queste sue parole: *hōsper hē Homērikē órnis tō, heautēs trépheí limō, tà éggona kaì tēn trophēn tēs gastrōs haptoméneñ, apokrateí kaì piézei tō, stómati, mē láthē, katapióusa.* - come l'uccello omerico nutre i suoi piccoli a prezzo della propria fame e impedisce al nutrimento

⁷⁰² *Naturalis historia* X,145: Avium ova ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia. Aquatiliū rotunda, reliqua fere fastigio cacuminata. Exeunt a rotundissima sui parte, dum pariuntur, molli putamine, sed protinus durescente quibuscumque emergunt portionibus. Quae oblonga sint ova, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Feminam edunt quae rotundiora gignuntur, reliqua marem. Umbilicus ovis a cacumine inest, ceu gutta eminens in putamine.

⁷⁰³ La notizia sul comportamento delle galline quando hanno sconfitto un maschio proviene da Aristotele *Historia animalium* IX 631b 8.

⁷⁰⁴ *Naturalis historia* X,116: Villaribus gallinis et religio inest. Inhorrescunt edito ovo excutiuntque sese et circumactae purificant aut festuca aliqua sese et ova lustrant. - Aristotele *Historia animalium* VI,2, 560b 7-11: In generale, le femmine degli uccelli si consumano e si ammalano se non covano. Dopo l'accoppiamento esse arruffano le piume e si scuotono, e spesso gettano festucche tutto attorno (la stessa cosa fanno talvolta anche dopo la posa), mentre le colombe trascinano al suolo la coda e le oche si tuffano in acqua. (traduzione di Mario Vegetti)

⁷⁰⁵ *Iliade* IX,323-24: Come ai pulcini il cibo portare un aligero suole, | quand'ei l'abbia trovato, che nulla per lui ne rimane. (traduzione di Ettore Romagnoli)

⁷⁰⁶ In Italia, di Plutarco, è edito da D'Auria *L'amore fraterno e l'amore per i figli* (a cura di A. Postiglione). Aldrovandi dà come fonte il *De amore parent. erga liberos* che corrisponde a *Moralia* 494D = cap. 2 p. 494D. Plutarco non ha ὄτι ma ὥσπερ.

quod ventri suo destinaverat, ore retinet, ne eo in ventrem delapso in oblivionem ipsa adducatur. Sed lector {consyderabit} <considerabit>, an sic potius reddi debeant verba posteriora: Ventris sui alimentum ore tenens, abstinet tamen, et ne forte nolens etiam deglutiat, mordicus premit.

Et paulo post⁷⁰⁷ in eodem libro: Quid vero gallinae, (inquit Plutarchus,) quas observari nostris oculis quotidie domi conspicamur, quanta cura et sedulitate pullos custodiunt et gubernant: aliis alas, quas subeant, remittunt: aliis dorsum, ut scandant, reclinant. neque ulla pars corporis est, qua non fovere illos, si possent, cupiant: neque id sine gaudio et alacritate, quod et vocis sono testari videntur. Canes et angues (κυνέας καὶ δρακοντίας, forte κίρκους καὶ δράκοντας) cum de se agitur, sibi que solis metuunt, fugiunt tum quidem. si vero pullorum agmini ab his periculum verentur, vindicare illud ab iniuria nituntur, et supra quam vires patiuntur saepe dimicant.

Gallinae avesque reliquae, sicut Cicero ait⁷⁰⁸, et quietum requirunt ad pariendum locum, et cubilia sibi nidosque construunt, eosque quam possunt mollissime substernunt, ut quam facillime ova serventur. ex ovis pullos cum excluderunt, ita tumentur, ut et pennis foveant, ne frigore laedantur: et si est calor a Sole, se opponant. Cum autem pulli pennulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, Gillius. Super omnia est anatum ovis subditis atque exclusis, admiratio primo non plane agnoscentis foetum: mox incertos incubitus sollicitate convocantis: postremo lamenta circa piscinae stagna, mergentibus se pullis natura duce, Plin.⁷⁰⁹ Exeuntes pullos

di raggiungere il suo stomaco, lo stringe nel suo becco per la paura di inghiottirlo a sua insaputa. Gisbert Longolius* ha tradotto nel modo seguente: L'uccello omerico nutre i suoi piccoli nati con la sua fame, e il nutrimento che aveva destinato al suo ventre lo trattiene con la bocca, affinché scivolato nel ventre non venga indotto lui stesso a dimenticarsene. Ma il lettore valuterà se le ultime parole non debbano piuttosto suonare in questo modo: Trattenendo con la bocca l'alimento destinato al suo ventre, tuttavia se ne astiene e lo ghermisce in modo ostinato affinché magari involontariamente non lo deglutisca.

E poco più avanti nello stesso libro Plutarco dice: Ma cosa dobbiamo dire della gallina, che a casa nostra ci troviamo ad osservare tutti i giorni coi nostri occhi con quanta cura e sollecitudine custodiscono e guidano i pulcini: per alcuni abbassano le ali sotto le quali possano andare: per altri piegano all'indietro il dorso affinché possano montarci sopra. E non esiste nessuna parte del corpo con cui non desiderino proteggerli se possibile: e ciò lo fanno non senza gioia ed entusiasmo, e sembra che ne diano testimonianza anche con il suono della voce. Quando si tratta di loro e hanno paura solo per se stesse, solo allora evitano i cani e i serpenti (κυνέας - i cani - καὶ δρακοντίας - e i serpentelli, forse κίρκους - i falchi - καὶ δράκοντας - e i draghi, i serpenti). Ma se temono che da essi possa derivare un pericolo per la frotta dei pulcini, ce la mettono tutta per vendicarla dell'affronto, e spesso lottano al di là di quanto le forze lo permettono.

Come dice Cicerone*, le galline e gli altri uccelli vanno anche alla ricerca di un luogo tranquillo per deporre le uova, e si costruiscono dei giacigli e dei nidi, e li ricoprono nel modo più soffice possibile, affinché le uova si preservino nel modo più facile possibile: in modo che i pulcini quando sono usciti dalle uova vengano protetti in modo tale scaldarli anche con le penne per non essere lesi dal freddo: e se fa caldo, in modo da fraporsi al sole. Infatti quando i pulcini possono servirsi delle loro piccole piume, allora le madri li accompagnano nei loro voli, Pierre Gilles*. Al di sopra di ogni altra cosa è il fatto straordinario di quando le uova di anatra sono state messe a covare e a schiudere sotto una gallina, la quale dapprima non riconosce affatto il pulcino: quindi lo starci coricata

⁷⁰⁷ *Moralia* cap. 2, 494E-F-495A. Il testo greco è più semplice; si tratta piuttosto di una parafrasi. (Roberto Ricciardi)

⁷⁰⁸ *De natura deorum* II 129-130: Iam gallinae avesque reliquae et quietum requirunt ad pariendum locum et cubilia sibi nidosque construunt eosque quam possunt mollissime substernunt, ut quam facillime ova serventur; e quibus pullos cum excluderunt, ita tumentur, ut et pennis foveant, ne frigore laedantur, et, si est calor a sole, se opponant; cum autem pulli pennulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, reliqua cura liberantur. [130] Accedit etiam ad nonnullorum animantium et earum rerum, quas terra gignit, conservationem et salutem hominum etiam sollertia et diligentia. Nam multae et pecudes et stirpes sunt, quae sine procuratione hominum salvae esse non possunt.

⁷⁰⁹ *Naturalia historia* X,155: Traditur quaedam ars gallinarii cuiusdam dicentis, quod ex quaque esset. Narrantur et mortua gallina mariti earum visi succedentes in vicem et reliqua fetae more facientes abstinentesque se cantu. Super omnia est anatum ovis subditis atque exclusis admiratio prima non plane agnoscentis fetum, mox incerti singultus sollicitate convocantis, postremo lamenta circa piscinae stagna mergentibus se pullis natura dulce. - Inutile correggere le varie versioni di Plinio che ci sono state tramandate.

gallina sub alas congregat, defenditque eos a milvo et aliis periculis, Albert. Gallina supra modum diligit foetum suae speciei, adeo ut prae voce nimis acuta qua suum in pullos amorem testatur, aegrescat. Ova quidem quae incubat, unde sint non curat, circa alienum etiam partum sollicita. Idem. Gallina ardet studio et amore pullorum: primum enim ut circum avem rapacem supra tectum gyros agere cognoscit, statim vehementer vociferatur, et cervicem iactans, atque in gyrum contorquens, caput in altum tollit, ac omnibus plumis inhorrescit, tum explicatis alis timidos pullos, et sub alato tegmine pipientes protegit, avemque procacem retrocedere cogit: Deinde eos ex [424] latibulo plumeo prodeuntes studiose pascit, Gillius⁷¹⁰.

sopra in modo incerto e chiamandolo affannosamente: infine i suoi lamenti intorno allo specchio d'acqua in cui i pulcini stanno nuotando sotto la guida della natura, Plinio. La gallina raccoglie sotto le ali i pulcini che stanno uscendo dall'uovo e li difende dal nibbio* e dagli altri pericoli, Alberto. La gallina ama in modo esagerato il feto della sua specie, al punto di ammalarsi a causa della voce estremamente acuta con cui attesta il suo amore nei confronti dei pulcini. Infatti non si cura da dove provengono le uova che sta incubando, essendo premurosa anche nei confronti del parto di altre femmine, ancora Alberto. La gallina arde di cura e amore per i pulcini: innanzitutto è ben conscia di come compiere dei volteggi attorno a un uccello rapace che sta al di sopra del suo rifugio, quindi si mette subito a gridare in modo assordante e allungando il collo e contorcendosi tutta alza la testa e si arruffa con tutte le piume, quindi, dispiegate le ali, protegge sotto la protezione alata i timidi pulcini che stanno pigolando, e costringe l'uccello insolente a retrocedere: quindi li fa pascolare con cura mentre stanno uscendo da sotto il nascondiglio di piume, Pierre Gilles.

Pagina 424

Nostri milvum aut accipitris genus a gallinarum praeda vocant den huenerdieb, id est gallinarum furem. Rubetarium esse credo accipitrem illum (inquit Turnerus) quem Angli hen harroer nominant. Porro ille apud nostros a dilaniandis gallinis nomen habet. palumbarium magnitudine superat, et coloris est cinerei. Humi sedentes aves in agris, et gallinas in oppidis et pagis repente adoritur. Praeda frustratus, tacitus discedit, nec unquam secundum facit insultum. hic per humum omnium (accipitrum) volat maxime. Urticarum genera quaedam mortifera pullis, gallina rostro nititur evellere: in quo conatu tantum aliquando laborat, ut rumpatur interius, Albertus.

I nostri chiamano *den huenerdieb* il nibbio* o il genere degli uccelli rapaci, cioè ladro di galline. Credo che lo sparviero dei roveti sia quello sparviero* (dice William Turner*) che gli Inglesi chiamano *hen harroer**. Infatti presso di noi riceve il nome dal fatto che dilania le galline. Supera in dimensioni l'*accipiter palumbarius** - sparviero dei colombi selvatici - ed è di color cenere. L'Albanella reale - *Circus cyaneus*, *hen harroer* - assale all'improvviso gli uccelli che nei campi vivono a terra, nelle città e nei villaggi le galline. Se viene delusa dalla preda si allontana in silenzio e non sferra mai un secondo attacco. Fra tutti (i rapaci) è quella che vola maggiormente a bassa quota. La gallina si dà da fare per sradicare col becco alcune specie di ortiche* micidiali per i pulcini: talora si impegna talmente in questo sforzo da andare incontro a lacerazioni interne, Alberto*.

¶ Quae nam animalia gallinis infesta sint, dictum est paulo ante, et supra etiam in Gallo D. diciturque amplius infra in E. Gallinam ferunt eo die quo ovum peperit, a serpente laedi non posse: et tum carnem quoque eius a serpente morsis remedio esse, Albert. Qui serpentium canisve dente aliquando laesi fuerint, eorum superventus gallinarum incubitus, pecorum foetus abortu vitiant, Plin.⁷¹¹

¶ Infatti quali siano gli animali pericolosi per le galline lo si è detto poc'anzi e anche precedentemente nel paragrafo D del capitolo relativo al gallo e se ne parlerà ancor più in abbondanza qui sotto nel paragrafo E. Dicono che la gallina non può essere lesa dal serpente nel giorno in cui ha deposto un uovo: e che pertanto anche la sua carne rappresenta un rimedio per coloro che sono stati morsicati da un serpente, Alberto. A causa dell'arrivo improvviso di coloro che per caso sono stati feriti dal dente dei serpenti o di un cane, essi

⁷¹⁰ Il brano di Pierre Gilles è tratto da liber XIV caput XXXIII - *De Gallina* - di *Ex Aeliani historia per Petrum Gyllium latini facti: itemque ex Porphyrio, Heliodoro, Oppiano, tum eodem Gyllio luculentis accessionibus aucti libri XVI, de vi et natura animalium* (Lugduni, apud Seb. Gryphium, 1533).

⁷¹¹ *Naturalis historia* XXVIII,31-32: [31] Signum eius familiae est, si modo adhuc durat, vernis temporibus odoris virus. atque eorum sudor quoque medebatur, non modo saliva. Nam in insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, ut vocem quoque

fanno andare a male le covate delle galline e i feti del bestiame provocandone l'aborto, Plinio*.

E.

Electio. Mercari porro nisi foecundissimas aves non expedit. eae sint rubicundae vel fuscae plumae nigrisque pennis, ac si fieri poterit, omnes huius, et ab hoc proximi coloris eligantur: sin aliter, evitentur albae, quae fere cum sint molles, ac minus vivaces, tum ne foecundae quidem facile reperiuntur, atque sunt conspicuae. propter quod insigne candoris ab accipitribus et aquilis saepius abripiuntur. sint ergo matricis probi coloris, robusti corporis, quadratae, pectorosae, magnis capitibus, rectis rutilisque cristulis, albis auribus: et sub hac specie quam amplissimae, nec paribus unguibus, generosissimaeque creduntur, quae quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transversa calcaria. nam quae hoc virile gerit insigne, contumax ad concubitus dedignatur admittere marem, raroque foecunda, etiam cum incubat, calcis aculeis ova perfringit, Columella⁷¹². Sint praecipue nigrae aut flavi coloris, Palladius⁷¹³. Gallinarum generositas spectatur, crista erecta, interdum et gemina, pennis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus⁷¹⁴, aliquando et super quatuor digitos transverso uno, Plin.⁷¹⁵

E

SCelta. Inoltre non conviene comperare volatili se non fecondissimi. Questi volatili debbono avere piume rosse o nerastre e le penne nere, e se sarà possibile vengano scelti tutti di questo colore o di un colore molto simile. Se non è possibile fare altrimenti, si evitino i soggetti bianchi, i quali non solo sono per lo più deboli e meno longevi, ma neppure è facile trovarli che siano prolifici, e inoltre sono ben visibili. A causa della caratteristica del candore più spesso vengono rapiti dai falchi* e dalle aquile*. Le riproduttrici siano dunque di colore adeguato, di corporatura robusta, tarchiate, posseggano un petto largo, la testa grande, la piccola cresta dritta e rosso splendente, gli orecchioni bianchi: e sotto questo aspetto li abbiano quanto più grandi possibile, e non debbono avere le dita pari, e sono ritenute molto fertili quelle con cinque dita, ma non debbono avere speroni che sporgano di traverso sulle zampe. Infatti, quella che porta questo segno di mascolinità, restia all'accoppiamento, è sdegnosa nell'accettare il maschio, ed è raramente feconda e poi quando cova rompe le uova con gli speroni della zampa, Columella*. Debbono essere prevalentemente nere o fulve, Palladio*. La buona razza delle galline si riconosce dalla cresta eretta, talvolta anche doppia, dalle piume nere, dalla faccia rossa, dalle dita di differente lunghezza, e talvolta anche

eorum fugiant. Horum omnium generum insita repugnantia interventum quoque mederi constat, sicuti adgravari vulnera introitu eorum, qui umquam fuerint serpentium canisve dente laesi. [32] Iidem gallinarum incubitus, pecorum fetus abortu vitiant; tantum remanet virus ex accepto semel malo, ut venefici fiant venena passi. Remedio est ablui primus manus eorum aquaque illa eos, quibus medearis, inspergi. rursus a scorpione aliquando percussi numquam postea a crabronibus, vespis apibusve feriuntur.

⁷¹² *De re rustica* VIII,2,7-8: Parandi autem modus est ducentorum capitum, quae pastoris unius curam distendant, dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiatorum animalium diripiantur. Mercari porro nisi foecundissimas aves non expedit. Eae sint rubicundae vel infuscae plumae nigrisque pennis, ac si fieri poterit, omnes huius et ab hoc proximi coloris eligantur. Sin aliter, vitentur albae, quae fere cum sint molles ac minus vivaces, tum ne foecundae quidem facile reperiuntur, atque etiam conspicuae propter insigne candoris ab accipitribus et aquilis saepius abripiuntur. [8] Sint ergo matricis robii coloris, quadratae, pectorosae, magnis capitibus, rectis rutilisque cristulis, albis auribus, et sub hac specie quam amplissimae, nec paribus unguibus: generosissimaeque creduntur quae quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transversa calcaria. Nam quae hoc virile gerit insigne, contumax ad concubitus dedignatur admittere marem, raroque foecunda etiam cum incubat, calcis aculeis ova perfringit.

⁷¹³ *Opus agriculturae* I,27 *De gallinis* - Sint praecipue nigrae, aut flavi coloris, albae vitentur.

⁷¹⁴ Plinio, nonostante la sua ampia cultura, purtroppo non è di valido aiuto quando siamo a caccia di particolari. Infatti, per analogia con quanto affermato da Varrone (*Rerum rusticarum* III,9,4-5: Qui spectat ut ornithoboscion perfectum habeat, scilicet genera ei tria paranda, maxime villaticas gallinas. E quis in parando eligat oportet fecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pennis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, amplas; [5] hae enim ad partiones sunt aptiores.), dopo le penne nere, ci dovremmo aspettare le piume rossicce. Invece la lezione del testo a noi tramandata - e accettata - parla di *ore rubicundo* invece che di *colore rubicundo*, per cui anziché quelle con piume rossicce siamo costretti a ritenere come ottime galline quelle dalla faccia rossa. Plinio fu un grandissimo arraffone e ha fuso le notizie in modo tale che anche il suo *digitis imparibus*, se non vogliamo incorrere in una stolta ripetitività, siamo costretti a tradurlo con *dita di differente lunghezza*, visto che appena dopo Plinio afferma che le galline di buona razza sono talora caratterizzate da un dito disposto obliquamente oltre agli altri quattro. Io sono dell'avviso che Plinio abbia raggranellato la notizia delle dita dispari da due fonti diverse e che il suo *digitis imparibus* corrisponde all'*imparibus digitis* di Varrone. Non credo che si possa risalire alla fonte da cui Plinio ha tratto la palese e inutile ripetizione costituita da *aliquando et super IIII digitos transverso uno*. In sintesi: senza tema di smentita, anche *digitis imparibus* di Plinio corrisponde a dita dispari, quindi alla pentadattilia. - Per la lunga disquisizione storica relativa alla pentadattilia si veda *Summa Gallicana**. C.X.a

⁷¹⁵ *Naturalis historia* X,156: Gallinarum generositas spectatur crista erecta, interim et gemina, pennis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus, aliquando et super IIII digitos transverso uno. Ad rem divinam luteo rostro pedibusque purae non videntur, ad opertanea sacra nigrae. Est et pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus centra, foecunditas rara et incubatio ovis noxia.

Qui villaticas gallinas parat, eligat foecundas, plerunque rubicunda pluma, nigris pennis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta ampla⁷¹⁶, hae enim ad partiones sunt aptiores, Varro⁷¹⁷.

Gallinas educaturus eligat foecundissimas: quas nimirum ex usu rerum et experientia dignoscet: im<m>o vero ex pluribus aliis indiciis. In universum enim quae colore flavescunt, et sortiuntur digitos impares, quaeque magna possident capita (τὰς ὄψεις μεγάλας, oculos magnos, Cornarius⁷¹⁸) cristamque erigunt: nec non nigriores et corpulentiores. Eae omnes gallinae facile mares ferent: multo erunt praestantiores ad partum, ova maxima {a}edent: ac breviter, generosos excludent pullos, Florentinus⁷¹⁹. {Mox} <Mos> quoque sicut in caeteris pecoribus eligenda quaeque optima, et deteriora vendenda: servetur etiam in hoc genere, ut per autumnus tempus omnibus annis, cum fructus earum cessat, numerus quoque minuatur. Summovebimus autem veteres, id est quae trimatum excesserunt. Item quae aut parum foecundae, aut parum bonae nutrices sunt, et praecipue quae ova vel sua, vel aliena consumunt. Nec minus, quae velut mares cantare, atque etiam calcare coeperunt. Item serotini pulli, qui ab solstitio nati capere iustum incrementum non poterunt. In masculis autem non eadem ratio servabitur, sed tandiu custodiemus generosos, quandiu foeminam implere potuerint. Nam rarior est in

dalla presenza di un dito disposto obliquamente oltre agli altri quattro, Plinio. Chi si procura galline da cortile, scelga quelle prolifiche, che per lo più hanno piume rossicce, penne nere, dita dispari, testa grande, una cresta dritta e ampia, queste infatti sono più adatte alla riproduzione, Varrone*.

Chi dovrà allevare delle galline scelga le più feconde: senza dubbio sarà in grado di riconoscerle in base alla pratica e all'esperienza: anzi, in base a numerosi altri indizi. Infatti generalmente lo sono quelle che sono di colore fulvo, e che ricevono in sorte le dita dispari, e quelle che hanno la testa grande (τὰς ὄψεις μεγάλας, gli occhi grandi, in base alla traduzione di Janus Cornarius*) e che tengono la cresta dritta: nonché quelle che sono di colore più scuro e che sono più corpulente. Tutte queste galline sopporteranno facilmente i maschi: saranno di gran lunga superiori riguardo alla deposizione, faranno delle uova molto grandi: e in breve volgere di tempo daranno alla luce dei pulcini di buona qualità, Florentino*. Come negli altri tipi di bestiame anche in questo tipo si osservi l'abitudine di scegliere i capi migliori e conservarli e vendere i peggiori, affinché tutti gli anni in autunno, quando cessa il guadagno che ne deriva, diminuisca anche il numero. Elimineremo infatti le galline vecchie, cioè quelle che hanno superato i tre anni. Parimenti quelle che sono poco feconde o chioce poco buone, e specialmente quelle che divorano le uova proprie o altrui. Ugualmente quelle che hanno cominciato a cantare e così pure a montare come i galli. Lo stesso si dica dei pollastri tardivi che, nati a partire dal solstizio d'estate, non hanno potuto raggiungere una giusta crescita. Per i maschi non si seguiranno gli stessi criteri, ma terremo quelli di buona razza fino a quando

⁷¹⁶ Non si emenda *ampla* che non è separata con una virgola da *erecta*. I codici in voga nel XX secolo riportano invece *amplis* riferito a *gallinas*, per cui le galline odierne, più che avere la cresta grossa, debbono essere corpulente. Forse Varrone era un futurista, relegato nel suo tempo da qualche amanuense che scrisse *ampla* invece di *amplis* omettendo anche la virgola. A parte gli scherzi: *amplis* sembrerebbe più appropriato visto che nella breve frase Varrone non ha ancora accennato alle dimensioni corporee.

⁷¹⁷ *Rerum rusticarum* III,9,4-5: Qui spectat ut ornithoboscion perfectum habeat, scilicet genera ei tria paranda, maxime villaticas gallinas. E quis in parando eligat oportet fecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pennis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, amplas; [5] hae enim ad partiones sunt aptiores.

⁷¹⁸ Elio Corti, in base a motivi linguistici che si accordano con i criteri di scelta di un allevatore, traduce τὰς ὄψεις μεγάλας con "quelle che hanno un aspetto grande". Le galline di razza debbono avere sì la testa grande, ma soprattutto non debbono presentarsi mingherline nel resto del corpo, e questo in vista dei ripetuti assalti sessuali quotidiani da parte dei galli. Un concetto, quello della mole massiccia e della sua utilità sessuale, che Florentino subito ribadisce anche per le galline dal piumaggio nero. Per una disquisizione più dettagliata si veda il lessico alla voce Florentino*.

⁷¹⁹ *Geoponica sine Cassiani Bassi Scholastici De Re Rustica Eclogae* - recensuit Henricus Beckh - Teubner - Stoccarda e Lipsia - 1994 - pagina 411 - libro 14, capitolo 7 - Περὶ ὀρνίθων. Φλωρεντίνου. paragrafi 8-9: 8 Χρὴ δὲ τὸν βουλόμενον ὀρνιθοτροφεῖν, ἐκλέγεσθαι τῶν ἀλεκτορίδων τὰς πολυγωνωτάτας· καταλαμβάνεται δὲ τοῦτο ἐξ αὐτῆς τῆς χρείας καὶ τῆς πείρας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐτέρων τινῶν τεκμηρίων. 9 ὡς ἐπίπαν γὰρ αἱ ξανθίζουσαι, καὶ περιττοδάκτυλοι, τὰς ὄψεις μεγάλας ἔχουσαι, τὸν τε λόφον ἐπηρμένον, καὶ αἱ μελανόπτεροι, καὶ τοῖς ὄγκοις μεγάλοι, τοὺς τε ἄρβενας οἴσουσι ῥαδίως, καὶ πρὸς ὠτοκίας κρείττους εἰσὶ, καὶ τὰ ὠὰ μεγάλα τίκτουσιν, ἐξ ὧν καὶ τὰ νεογνὰ γίνεται γενναῖα.- 8. Colui che vuole allevare dei polli, deve scegliere le galline più feconde; ciò lo si può dedurre in base alla pratica stessa e all'esperienza, non solo, ma anche da alcuni altri indizi. 9. Infatti lo sono per lo più quelle che biondeggiano, e con un numero di dita superiore alla norma, quelle che hanno un aspetto grande e la cresta dritta, anche quelle con le piume nere, e grandi di mole, e sopporteranno facilmente i maschi, e sono superiori nel deporre uova, e depongono le uova che sono di grandi dimensioni, dalle quali anche i pulcini nascono di buona qualità. (traduzione di Elio Corti - 16 settembre 2006)

his avibus mariti bonitas, Columella⁷²⁰.

¶ Gallinarium. Aedicula ista cuius parietibus corbes (quos Varro gallinarum cubilia appellat⁷²¹) affixos vides, in iisque gallinas incubantes, officina cohortalis ob id appellatur, quod non aliter ac in officinis nostris cuncta parantur, quae in usum humanum veniunt, ita istic ova et pulli, quae in cibum. Iste qui in gallinarum scandit, et ova manibus versat, gallinarius curator vel custos recte dicitur, Gyb. Longolius in dialogo de avibus⁷²².

¶ Non sunt plures quam quinquaginta in uno aviario nutriendae. labefactantur siquidem in angusto arctatae. porro numeri gallinarum pars sexta sint gallinacei galli, Florentinus. Parandi matrices modus est ducentorum capitum, quae pastoris unius curam dispendant: dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiosorum animalium diripiantur, Columella⁷²³. Si ducentas alere velis, locus septus attribuendus, in quo duae caveae coniunctae magnae constituendae, quae spectent ad exorientem versus, utraeque in longitudinem circiter decem pedes, latitudine dimidio minores (latitudine paulo minus, Crescenti.) et altitudine paulo humiliores. Utriusque fenestrae latitudine tripedali, et co(uno)pede altiores, e viminibus factae raris, ita ut lumen praebeant multum, neque per eas quicquam ire intro possit quod nocere solet gallinis. Inter duas ostium sit, qua gallinarius curator earum ire possit. In caveis crebrae perticae traiectae sint, ut omnes sustinere possint gallinas. Contra singulas perticas in pariete exculpta sint cubilia earum. Ante sit (ut dixi) vestibulum septum, in quo diurno tempore esse possint, atque in pulvere volutari. Praeterea sit cella grandis, in qua curator habitat, ita ut in parietibus circum omnia posita

saranno in grado di fecondare le femmine. Infatti in questi volatili una buona qualità del marito è piuttosto rara, Columella.

¶ IL POLLAIO. Questa piccola costruzione alle cui pareti vedi attaccate delle ceste (che Varrone chiama nidi delle galline), dentro le quali le galline stanno covando, viene detta laboratorio del cortile in quanto non diversamente da quanto accade nei nostri laboratori si prepara tutto ciò che serve agli esseri umani, e così qui vengono preparati uova e polli che servono come cibo. Costui che sale sul pollaio e rigira le uova con le mani, giustamente verrà chiamato responsabile o custode del pollaio, Gisbert Longolius* nel *Dialogus de avibus*.

¶ In un pollaio non bisogna allevarne più di cinquanta. Infatti essendo pigiate allo stretto si indeboliscono. Inoltre i galli debbono rappresentare la sesta parte del numero delle galline, Florentino. La quantità di galline che bisogna procurarsi è di 200 capi, che debbono tenere impegnata la gestione di un solo custode: tuttavia quando se ne vanno in giro si utilizzi una vecchietta attenta oppure un ragazzino affinché non vengano sottratte dalle insidie degli uomini o degli animali che stanno in agguato, Columella. Se vuoi allevare 200 soggetti bisogna assegnare un luogo recintato in cui vanno costruiti due grandi locali contigui che debbono essere rivolti a oriente, ambedue della lunghezza di circa 10 piedi, più piccoli in larghezza della metà (Pier de' Crescenzi* dice di larghezza un poco minore), e poco più bassi in altezza. Le finestre di ciascun locale debbono avere la larghezza di 3 piedi, e debbono essere più alte di un piede, fatte di vimini a trama larga, in modo da fornire molta luce senza che attraverso di loro possa entrare qualcosa che abitualmente nuoce alle galline. Fra i due ambienti ci sia un'apertura attraverso cui possa passare l'addetto al pollaio che si prende cura di esse. Dentro ai locali debbono trovarsi numerose pertiche che li attraversano in modo tale che possano sorreggere tutte le galline. Di fronte alle singole pertiche debbono trovarsi i loro nidi che sono stati scavati nella parete. Sul davanti ci deve essere (come ho detto) uno spazio recintato in cui possano stare durante il giorno e rotolarsi nella polvere. Inoltre vi deve essere un locale

⁷²⁰ Si emenda *Max* con *Mos* dal momento che questo sostantivo sembra più appropriato dell'avverbio. - *De re rustica* VIII,5,24: Mos quoque, sicut in ceteris pecudibus, eligendi quamque optimam et deteriore[m] vendendi servetur etiam in hoc genere, ut per autumnus tempus omnibus annis, cum fructus earum cessat, numerus quoque minuat. Summovebimus autem veteres, id est quae trimatum excesserunt, item quae aut parum fecundae aut parum bonae nutrices sunt, praecipue quae ova vel sua vel aliena consumunt, nec minus quae velut mares cantare coeperunt, item serotini pulli, qui a solstitio nati capere iustum incrementum non potuerunt. In masculis non eadem ratio servabitur, sed tamdiu custodiemus generosos quamdiu feminas implere potuerunt. Nam rarior est in his avibus mariti bonitas.

⁷²¹ *Rerum rusticarum* III,9,7: Inter duas ostium sit, qua gallinarius, curator earum, ire possit. In caveis crebrae perticae traiectae sint, ut omnes sustinere possint gallinas. Contra singulas perticas in pariete exclusa sint cubilia earum.

⁷²² Il *Dialogus de avibus et earum nominibus Graecis, Latinis, et Germanicis* (1544) si svolge tra Longolius e Panfilo*. In questo caso chi parla è Longolius.

⁷²³ Non si emenda *dispendant* di Gessner, che oltretutto parrebbe più appropriato di *distendant* - *De re rustica* VIII,2,7: Parandi autem modus est ducentorum capitum, quae pastoris unius curam distendant, dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiatorum animalium diripiantur.

sint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut affixa firmiter. Motus enim cum incubant nocet, Varro. Gallinaria constitui debent parte villae, quae hybernium spectat orientem: iuncta sint ea furno, vel culinae, ut ad avem perveniat fumus, qui est huic generi praecipue salutaris. Totius autem officinae, id est ornithonis, tres continuae extruuntur cellae, quarum, sicuti dixi, perpetua frons orienti sit obversa. In ea deinde fronte exiguus detur unus omnino aditus mediae cellae, quae ipsa tribus minima esse debet in altitudine, et quoquo versus pedes septem: in ea singuli dextro, [425] laevoque pariete aditus ad utranque cellam faciendi sunt, iuncti parieti, qui est intrantibus adversus.⁷²⁴

ampio in cui possa stare l'addetto, in modo che tutt'intorno sulle pareti si trovino tutti i nidi delle galline, o scavati, o saldamente fissati. Infatti quando covano il movimento è nocivo, Varrone. I pollai devono essere costruiti nella parte della fattoria che guarda l'oriente invernale: debbono essere congiunti al forno o alla cucina, in modo che il fumo giunga al pollame, che è molto salutare per questa specie di volatili. La costruzione del pollaio, cioè dell'*ornithon*, deve essere complessivamente di tre ambienti contigui, con tutta quanta la fronte, come ho detto, rivolta verso oriente. Quindi su tale fronte si dia un solo e piccolo ingresso alla cella mediana, la quale deve essere la più piccola in altezza delle tre e misurare sette piedi in qualsivoglia direzione: in essa, su ogni singola parete destra e sinistra si devono far gli ingressi ad ambedue gli altri ambienti, contigui alla parete che si trova di fronte a coloro che entrano, Columella.

Pagina 425

[Columella⁷²⁵] Huic autem focus applicetur tam longus, ut nec impediatur praedictos aditus, et ab eo fumus perveniat in utranque cellam: eaeque longitudinis et altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis quam media sublimitas: dividantur tabulatis, quae supra se quaternos, et infra septenos liberos pedes habeant, quoniam ipsa singulos occupant, utraque tabulata gallinis servire debent, et ea parvis ab oriente singulis

Columella* - A questa parete si applichi anche un focolare, lungo quel tanto da non ostacolare i predetti ingressi e che da esso il fumo possa giungere alle altre due celle: e queste debbono avere dodici piedi di lunghezza e di altezza, e una larghezza non maggiore dell'altezza della cella mediana: vengano divise con dei tavolati che al di sopra lascino liberi quattro piedi e sette al di sotto, dal momento che essi ne occupano uno intero, e ambedue i tavolati devono servire alle galline e devono essere illuminati da oriente da singole

⁷²⁴ Columella *De re rustica* VIII,3,1-2: *De gallinariis* [1] Gallinaria constitui debent parte villae quae hibernium spectat orientem. Iuncta sint ea furno vel culinae, ut ad avem perveniat fumus, qui est huic generi praecipue salutaris. Totius autem officinae, id est ornithonis, tres continuae extruuntur cellae, quarum, sicuti dixi, perpetua frons orientem sit obversa. [2] In ea deinde fronte exiguus detur unus omnino aditus mediae cellae, quae ipsa tribus minima, esse debet in altitudinem et quoque versus pedes septem. In ea singuli dextro laevoque pariete aditus ad utranque cellam faciendi sunt, iuncti parieti qui est intrantibus adversus.

⁷²⁵ *De re rustica* VIII,3,2-9: Huic autem focus applicetur tam longus, ut nec impediatur praedictos aditus et ab eo fumus perveniat in utranque cellam; eaeque longitudinis et altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis quam media. [3] Sublimitas dividatur tabulatis, quae super se quaternos et infra septenos liberos pedes habeant, quoniam ipsa singulos occupant. Utraque tabulata gallinis servire debent, et ea parvis ab oriente singulis illuminari fenestellis, quae et ipsae matutinum exitum praebeant avibus ad cohortem, nec minus vespertinum introitum. Sed curandum erit ut semper noctibus claudantur, quo tutius aves maneant. [4] Infra tabulata maiores fenestellae aperiantur, et eae clatris muniantur, ne possint noxia inreperere animalia, sic tamen ut industria sint loca, quo commodius habitet aviarius, qui subinde debet speculari aut incubantis aut parturientis fetas. Nam etiam in his ipsis locis ita crassos parietes aedificare convenit, ut excisa per ordinem gallinarum cubilia recipiant, in quibus aut ova edantur aut excludantur pulli. Hoc enim et salubrius et elegantius est quam illud quod quidam faciunt, ut palis in parietis vehementer actis vimineos qualos superponant. [5] Sive autem parietibus ita ut diximus cavatis aut qualis vimineis praeponenda erunt vestibula, per quae matricibus ad cubilia vel pariendi vel incubandi causa perveniant. Neque enim debent ipsis nidis involare, ne dum adsiliunt pedibus ova confringant. [6] Ascensus deinde avibus ad tabulata per utramque cellam datur, iunctis parieti modicis asserculis, qui paulum formati gradibus asperantur, ne sint advolantibus lubrici. Sed ab cohorte forinsecus praedictis fenestellis scandulae similiter iniungantur, quibus inreperant aves ad requiem nocturnam. Maxime autem curabimus ut et haec aviaria et cetera, de quibus mox diximus sumus, intrinsecus et extrinsecus poliantur opere tectorio, ne quae ad aves feles habeant aut coluber adcessum, tum et aequae noxiae prohibeantur pestes. [7] Tabulatis insistere dormientem avem non expedit, ne suo laedatur stercore, quod cum pedibus uncis adhaesit, podagram creat. Ea pernicies ut evitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres levitas earum supersilientem volucrum non recipiat conquadrate deinde foratis duobus adversis parietibus induuntur, ita ut a tabulato pedalis altitudinis et inter se bipedali latitudinis spatium distent. [8] Haec erit cohortalis officinae dispositio. Ceterum cohors ipsa, per quam vagantur, non tam stercore quam uligine careat. Nam plurimum refert aquam non esse in ea nisi in uno loco quam bibant, eaque mundissima; stercorosa pituitam concitat. Puram tamen servare non possis nisi clausam vasis in hunc usum fabricatis. Sunt autem qui aut aqua replentur aut cibo plumbei canales, quos magis utiles esse ligneis aut fictilibus conpertum est. [9] Hi superpositis operculis clauduntur, et a lateribus super mediam partem altitudinis per spatia palmaria modicis forantur cavis, ita ut avium capita possintmittere. Nam nisi operculis muniantur, quantulumcumque aquae vel ciborum inest pedibus everritur. Sunt qui a superiore parte foramina ipsis operculis inponant, quod fieri non oportet. Nam supersiliens avis proluvie ventris cibos et aquam conspurcat.

debet, et ea parvis ab oriente singulis illuminari fenestellis, quae et ipsae matutinum exitum praebeant avibus ad cohortem, nec minus ad vespertinum introitum, sed curandum erit, ut semper noctibus claudantur, quo tutius aves maneant. Intra tabulata maiores fenestrae aperiantur: et eae clatris muniantur, ne possint noxia irrepere animalia. Sic tamen, ut illustria sint loca, quo commodius habitent, aviariusque subinde debet speculari aut incubantis, aut parturientis foetus. Nam etiam in iis ipsis locis ita crassos parietes aedificare convenit, ut excisa per ordinem gallinarum cubilia recipiant: in quibus ova {a}edantur, aut excludantur pulli. hoc enim et salubrius, et elegantius est, quam illud, quod quidam faciunt, ut palis in parietes vehementer actis, vimineos qualos superimponant. Sive autem parietibus, ita, ut diximus, cavatis, aut qualis vimineis, praeposenda erunt vestibula, per quae matricem ad cubilia vel pariendi, vel incubandi causa perveniant. neque enim debent ipsis nidis involare, ne dum adsiliunt, pedibus ova confringant. Ascensus deinde avibus ad tabulata per utranque cellam datur iunctis parieti modicis asserculis, qui paulum formati gradibus asperantur, ne sint advolantibus lubrici.

Sed ab cohorte forinsecus praedictis fenestellis scandulae similiter iniungantur, quibus irrepant aves ad requiem nocturnam. Maxime autem curabimus, ut haec aviaria, et caetera, de quibus mox dicturi sumus, intrinsecus, et extrinsecus poliantur opere tectorio, ne ad aves feles habeant aut coluber accessum, et aequae noxiae prohibeantur pestes. Tabulatis insistere dormientem avem non expedit, ne suo laedatur stercore, quod cum pedibus unctis adhaesit, podagram creat. ea pernicies ut evitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres laevitas earum supersilientem volucrum non recipiat: conquadrate deinde foratis duobus adversis parietibus induntur, ita ut a tabulato pedalis altitudinis, et inter se bipedalis latitudinis spatio distent. haec erit cohortalis officinae dispositio. Caeterum cohors ipsa, per quam vagantur, non tam stercore, quam uligine careat. nam plurimum refert aquam non esse in ea nisi uno loco, quam bibant, eamque mundissimam: nam stercorosa pituitam concitat. puram tamen servare non possis, nisi clausam vasis in hunc usum fabricatis. sint autem, qui aut aqua replentur, aut cibo, plumbei canales, quos magis utiles esse (quam) {ligneos} <ligneos>, aut fictiles

finestrelle, le quali devono pure offrire alle galline l'uscita mattutina nel cortile, e così pure l'entrata alla sera, ma bisognerà avere cura che di notte vengano sempre chiuse, affinché i volatili vi rimangano più sicuri. Al di sotto dei tavolati si aprano finestre più grandi e si muniscano di sbarre perché non vi possano entrare animali nocivi. Ma sempre in modo tale che i locali siano ben illuminati affinché vi possano soggiornare piuttosto bene, e l'incaricato del pollaio deve spesso controllare colei che cova o colei che fa schiudere le uova. Infatti anche in queste costruzioni conviene fabbricare muri tanto spessi da poter ospitare i nidi delle galline scavati in fila: nei quali vengano deposte le uova o nascano i pulcini. Questo sistema è più salubre e più elegante di quello che alcuni fanno, i quali dopo aver conficcato con forza nei muri dei pali vi mettono sopra delle ceste di vimini. Ma sia davanti ai fori praticati, come ho detto, nei muri, che davanti alle ceste di vimini bisogna disporre degli accessi grazie ai quali le galline giungano al nido, sia per deporre, sia per covare le uova. Non devono infatti volare direttamente nel nido, affinché non rompano le uova con le zampe mentre vi saltano sopra. Poi nell'una e nell'altra cella bisogna dare alle galline il modo di salire sui tavolati appoggiando alla parete alcuni travicelli che vengono resi poco sdruciolevoli mettendovi dei pioli, in maniera che non siano scivolosi quando vi volano sopra.

Ma all'esterno, dalla parte del cortile, in corrispondenza delle anzidette finestrelle, si appoggiano allo stesso modo delle assicelle, sulle quali i polli si arrampichino per andare a riposare di notte. Avremo cura soprattutto di intonacare dentro e fuori tanto queste uccelliere, quanto quelle che descriveremo in seguito, affinché la faina* o un serpente non abbiano accesso ai polli, e si tengano pure lontano le malattie funeste. Non è bene che un volatile che dorme se ne stia sui ripiani, affinché non venga danneggiato dal suo sterco, il quale, una volta che abbia aderito alle zampe adunche, causa la podagra* - pododermatite. Allo scopo di evitare questo danno, si fanno le pertiche a sezione quadrata, affinché una levigatezza ben tornita non si opponga ad accogliere il volatile quando vi si posa: così squadrate, vengono poi infilate nei fori praticati in due pareti opposte, in modo tale che siano distanti dal ripiano per uno spazio dell'altezza di un piede, e tra di loro della larghezza di due piedi. Questo sarà l'assetto del *laboratorio* del cortile. Il cortile poi, nel quale vanno vagando, deve essere privo non tanto di sterco quanto di umidità. È infatti indispensabile che non vi sia acqua da bere se non in un solo luogo, e quest'acqua deve essere pulitissima: infatti se è inquinata di sterco fa venire la pipita*. Tuttavia non potresti conservarla pulita a lungo se non in vasi costruiti apposta a questo scopo. Quelli che vengono riempiti di acqua o di cibo

compertum est. hi superpositis operculis clauduntur, et a lateribus super mediam partem altitudinis per spatia palmaria modicis forantur cavis, ita ut avium capita possint admittere. nam nisi operculis muniantur, quantulumcunque aquae, vel ciborum inest, pedibus evertitur. sunt qui a superiore parte foramina ipsis operculis imponant, quod fieri non oportet: nam supersiliens avis proluvie ventris cibos; et aquam conspurcat, Columella.

Cors ad meridiem pateat, et obiecta sit soli, quo facilius hyeme aliquem teporem concipiat, propter ea, quae insunt animalia, quibus etiam ad aestatis temperandum calorem porticus furcis, asseribus, et fronde formari debent, quae vel scandulis, vel (si copia suppetit) tegulis, vel (si facilius, et sine impensa placuerit) tegentur caricibus aut genistis, Palladius⁷²⁶. Gallinae domesticae in calidioribus et bene munitis ab aeris et frigoris aditu locis sunt educandae, in quibus fumus quidam exurgit. In parietibus autem ipsis mansiunculas facere expedit, ut in eis pariant. Intra quas etiam adaptandi sunt asseres, paleaeque similiter substernendae: ne videlicet delatum ovum in durum incidens dirumpatur. perticae etiam figendae sunt, in quibus aves pernoctant, Florentinus. Gallinas educare nulla mulier nescit, quae modo videatur industria. Hoc de his praecepisse sufficiat, ut fumo, pulvere utantur, et cinere, Palladius⁷²⁷.

Siccus etiam pulvis, et cinis ubicunque cohortem porticus, vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus est, ut sit, quo aves se perfundant. nam his rebus plumam, pinnaeque emundant: si modo credimus Ephesio {Heraclito} <Heraclito>, qui ait⁷²⁸ sues coeno, cohortales aves pulvere, vel cinere lavari, Columella⁷²⁹. Gallina post primam emitti, et ante horam diei undecimam claudi debet: cuius vagae cultus hic quem diximus, erit: nec tamen alius clausae, nisi quod ea non emittitur, sed intra ornithonem ter die pascitur maiore mensura. nam singulis capitibus

debbono essere dei canali di piombo, che si è visto essere più utili di quelli in legno o in terracotta. Li si chiude ponendovi sopra dei coperchi, e sui lati, a metà dell'altezza, a intervalli di un palmo, li si fora facendovi alcuni buchi tali da a lasciar passare la testa dei polli. Se non fossero muniti di coperchi, anche quel poco d'acqua o di cibo che contengono viene sparpagliato coi piedi. Alcuni fanno dei buchi in alto nei coperchi stessi, ma non conviene farlo: infatti il pollo, saltandovi sopra, sporca l'acqua e il cibo con ciò che gli esce dalla pancia, Columella.

Il cortile deve aprirsi verso sud e deve essere esposto al sole in maniera che in inverno possa trattenere un po' di caldo a causa di quegli animali che ci vivono, per i quali si debbono pure erigere dei porticati con delle forcelle, dei pali e delle fronde, i quali debbono essere ricoperti o con assicelle o con tegole (se ce ne sono a sufficienza), oppure (se è più facile e si vorrà non spendere denaro) con canne palustri o con ginestre, Palladio*. Le galline domestiche vanno allevate in luoghi piuttosto caldi e ben riparati dall'accesso del vento e del freddo, nei quali si innalza anche un po' di fumo. In effetti nelle pareti conviene fare dei piccoli recessi affinché vi depongano le uova. Dentro ai quali bisogna pure collocare delle traversine e parimenti stendervi della paglia: ovviamente affinché l'uovo che viene deposto non si rompa andando a cadere sul duro. Bisogna pure conficcare dei bastoni su cui le galline trascorrono la notte, Florentino*. Non c'è donna che non sappia allevare le galline, tuttavia deve essere laboriosa. A proposito delle galline sia sufficiente l'aver detto quanto segue: che possano servirsi di fumo, polvere e cenere, Palladio.

Dappertutto dove il portico o il tetto proteggono il cortile, venga deposta vicino alle pareti anche della polvere asciutta e della cenere, affinché ci sia un posto dove i volatili possano fare il bagno. Infatti con queste cose si ripuliscono le piume e le penne: se appena crediamo a Eraclito di Efeso*, il quale dice che i maiali si lavano col fango, i volatili da cortile con la polvere o con la cenere, Columella. La gallina va fatta uscire dopo la prima ora del giorno - dopo le 7 del mattino - e rinchiusa prima dell'undicesima - prima delle 5 di sera: quando la si tiene libera, il modo di allevarla è quello che abbiamo detto: tuttavia non è molto diverso per quella che rimane rinchiusa, a parte il fatto che non la si

⁷²⁶ *Opus agriculturae* I,22 *De corte*. - Cors ad meridiem pateat et obiecta sit soli, quia facilius erit propter ea, quae insunt, animalia ad aestatis temperandum calorem porticus furcis, asseribus et fronde formari, quae vel scandulis vel, si copia suppetit, tegulis vel, si facilius et sine impensa placuerit, tegentur caricibus aut genestis.

⁷²⁷ *Opus agriculturae* I,27 *De gallinis* - Gallinas educare nulla mulier nescit, quae modo videtur industria. Hoc de his praecepisse sufficiat, ut fumo, pulvere utantur et cinere.

⁷²⁸ Eraclito di Efeso, *Sulla natura*, fr. 37 Diels-Kranz.

⁷²⁹ *De re rustica* VIII,4,4: Siccus etiam pulvis et cinis, ubicunque cohortem porticus vel tectum protegit, iuxta parietem reponendus est, ut sit quo aves se perfundant. Nam his rebus plumam pinnaeque emundant, si modo credimus Ephesio Heraclito, qui ait sues caeno, cohortales aves pulvere lavari.

quaterni cyathi⁷³⁰ diurna cibaria sunt, cum vagis terni vel bini praebeantur. Habere etiam clausam oportet amplum vestibulum, quo prodeat, et ubi apricetur: idque sit retibus munitum ne aquila, vel accipiter involet: quas impensas, et curas nisi locis, quibus harum rerum vigent {precia} <pretia>, non expedit adhiberi. Antiquissima est autem cum in omnibus pecoribus, tum in hoc fides pastoris, qui nisi eam domino servat, nullus ornithonis quaestus vincet impensas, Idem⁷³¹.

¶ Gallinae ad ovorum partionem a villico, a nobis vero in mensam ali solent, Gyb. Longolius. Gallinarum fructus sunt ova et pulli, Varro⁷³². item privatim capus et gallus, Humelberg. ¶ Libentius fere et commodius pariunt gallinae, cum iam prius ovum in nido conspiciunt: quamobrem aliqui marmor ad ovi similitudinem formatum imponunt.

¶ Gallinae ut ova multa et magna pariant. Vinaceae cibo sterilesunt. Hordeo semicocto et parere saepe coguntur, et reddent ova maiora. Duobus cyathis ordei bene pascitur una gallina quae sit vaga, Palladius⁷³³. Fabae etiam vel earum cortices sterilitatem gallinis inducere putantur: Vide supra in C. Nasturtii semina trita cum furfure subacta vino, gallinis in cibum exhibita, efficiunt ut ova magna pariant, Rasis.

fa uscire e la si nutre più abbondantemente all'interno del pollaio tre volte al giorno. Infatti il becchime di una giornata consiste in 4 ciati* a testa - circa 200 ml, mentre a quella libera si danno tre oppure due ciati. Però anche la gallina che si tiene rinchiusa deve avere un ampio vestibolo nel quale poter uscire e mettersi al sole: esso deve essere protetto da reti, per impedire che un'aquila* o un falco* se la porti via: non conviene accollarsi tutte queste spese e queste cure se non dove i prezzi di questi prodotti sono alti. Sia per tutti gli altri tipi di bestiame che per questo è importantissima l'affidabilità dell'allevatore, il quale se non è onesto verso il padrone, nessun guadagno del pollaio potrà mai superare le spese, ancora Columella.

¶ Le galline vengono nutrite dal contadino per la produzione di uova, invece da parte nostra in previsione della mensa, Gisbert Longolius*. I frutti delle galline sono rappresentati dalle uova e dai pulcini, Varrone*. Parimenti, a mio avviso, il cappone e il gallo, Gabriel Humelberg*. ¶ Le galline depongono quasi più volentieri e più facilmente quando già prima vedono un uovo nel nido: motivo per cui alcuni vi mettono del marmo foggiano in modo tale che sembri un uovo.

¶ Affinché le galline depongano uova numerose e grandi. Le vinacce date come cibo le rendono sterili. Con l'orzo* semicotto vengono costrette a deporre spesso, e faranno uova più grandi. Una gallina girovaga viene nutrita a dovere con due ciati di orzo, Palladio. Si ritiene che anche le fave* o le loro bucce inducano la sterilità nelle galline. Vedi prima nel paragrafo C. I semi del nasturtio* tritati con crusca e impastati con del vino, fanno sì che depongano uova grandi, Razi*.

Pagina 426

Ad idem, Comminutam Laconicam testam ac furfuri mistam laevigatamque [426] vino eis propone, aut ipsius testae contritae acetabulum unum duobus choenicibus furfuris

Per lo stesso scopo - per far deporre uova grandi - dà loro della terracotta della Laconia* sminuzzata e ridotta in polvere e mischiata a della crusca con del vino, oppure dà da mangiare un calice per aceto di questa

⁷³⁰ Ciato: dal greco *kyathos*. 1) Ciotola, provvista di lungo manico, in uso nell'antichità tra la fine del sec. VI e la metà del V aC per travasare il vino dal cratere nelle brocche. 2) Antica unità di misura di capacità corrispondente a 1/2 decilitro scarso. Un decilitro = 100 ml. Quattro ciati corrispondono a circa 200 ml. Orbene, 200 ml di granaglie corrispondono in media a 150 grammi. Infatti 200 ml di granaverde di riso = 150 gr, di mais intero = 145 gr, di mais macinato medio insieme alla sua farina = 140 gr. La farina di frumento tipo 00 ha un peso specifico basso: 200 ml pesano solo 100 grammi. - Vedi anche: Pesi e misure*.

⁷³¹ *De re rustica* VIII,4,5-6: [5] Gallina post primam emitti et ante horam diei undecimam claudi debet, cuius vagae cultus hic quem diximus erit. Nec tamen alius clausae, nisi quod ea non emittetur, sed intra ornithonem ter die pascitur maiore mensura. Nam singulis capitibus quaterni cyathi diurna cibaria sunt, cum vagis [terni, vel] bini praebeantur. [6] Habeat tamen etiam clausa oportet amplum vestibulum quo prodeat et ubi apricetur, idque sit retibus munitum, ne aquila vel accipiter involet. Quas impensas et curas, nisi locis quibus harum rerum vigent pretia, non expedit adhiberi. Antiquissima est autem cum omnibus pecoribus tum in hoc fides pastoris, qui nisi eam domino servat, nullius ornithonis quaestus vincit impensas.

⁷³² *Rerum rusticarum* III,3,6: Omnibus tribus his generibus sunt bini gradus; superiores, quos frugalitas antique, inferiores, quos luxuria posterior adiecit. Primus enim ille gradus anticus maiorum nostrum erat, in quo essent aviaria duo dumtaxat: in plano cohors, in qua pascebantur gallinae, et earum fructus erat ova et pulli; alter sublimis, in quo erant columbae in turribus aut summa villa.

⁷³³ *Opus agriculturae* I,27 *De gallinis* - Hordeo semicocto et parere saepe coguntur et reddunt ova maiora. Duobus cyathis hordei bene pascitur una gallina, quae circuit.

miscens, edendum dato. Sunt qui ad eundem effectum alimento minium⁷³⁴ (μίλλον, rubricam, Cornarius) permisceant, Leontinus. Gralegae (Rutae caprariae) semen dicunt mirabiliter foecunditatem gallinarum augere, Crescentiensis⁷³⁵. Gallinis quae ova parere nequeunt, gith dato, Obscurus. Gallinae semine cannabis pastae, per totam hyemem ova pariunt, quod et urticae semen facere certum est, Brasavola. Atqui Symeon Sethi, cannabis semen in homine genituram exiccare scribit instar caphurae. Urticae siccantur, atteruntur manibus, servantur in hyemem, et in aqua fervefiunt pro gallinarum cibo per hyemem, ut inde foecundiores reddantur. Sunt qui furfuribus coctis tanta crassitie, quanta sumi a gallinis poterunt, matura urticae semina immiscent: et sic eas per hyemem incalescere et foecundiores fieri aiunt. Sed de alimentis quae horum alitum foecunditatem augment, inferius etiam in mentione de cibis earum dicitur. Aliqui viscum etiam pro gallinis coquunt. Visci quidem pabulo foecunditatem dari cuicumque animali sterili arbitrari nonnullos, author est Plinius⁷³⁶. Gallinarum quae absinthium edunt, ova, amariuscula frunt, Matthaеolus.

**DE INCUBATIONE:
ET PRIMUM QUAENAM OVA
SUBIICIENDA,**

et quot numero: et quibus gallinis, et quando.

Deinde quae cura parientibus
et incubantibus adhibenda.

De ovis diversarum avium,
quae gallinis
subiici possunt.

De iis quae ova propria edunt, etc.

stessa terracotta sminuzzata mischiandolo a due chenicì* - circa 2 l - di crusca. Alcuni per ottenere lo stesso effetto mescolano al cibo del carminio (*milton* - oca rossa*, Janus Cornarius* lo traduce con oca rossa), Leontinus*. Dicono che il seme della galega* (della capraggine) aumenta in modo straordinario la fecondità delle galline, Pier de' Crescenzi*. Alle galline che non riescono a deporre uova si dia il seme della nigella* - gith*, un autore sconosciuto. Le galline nutrite con il seme della canapa* depongono uova per tutto l'inverno, ed è assodato che il seme dell'ortica* ottiene lo stesso risultato, Antonio Brasavola*. Tuttavia Simeon Sethi* scrive che il seme della canapa rende sterili gli esseri umani come la canfora*. Le ortiche si fanno seccare, si sminuzzano con le mani, vengono conservate in vista dell'inverno, e le fanno cuocere bene in acqua come cibo invernale per le galline, affinché così diventino più feconde. Alcuni mescolano i semi maturi di ortica alla crusca cotta fino a farla diventare tanto densa quanto può essere assunta dalle galline, e assicurano che in questo modo durante l'inverno si riscaldano e diventano più feconde. Ma sugli alimenti che aumentano la fecondità di questi volatili se ne parlerà anche più avanti quando menzioneremo i loro cibi. Alcuni per le galline fanno cuocere anche il vischio*. In effetti Plinio* afferma che alcuni sono dell'avviso che attraverso un'alimentazione con vischio viene garantita la fecondità a qualunque animale sterile. Le uova delle galline che mangiano l'assenzio* diventano piuttosto amare, Pierandrea Mattioli*.

**SULL'INCUBAZIONE:
E INNANZITUTTO QUALI SONO LE UOVA
DA METTERE A COVARE,**

e in quale numero: e a quali galline, e quando.

Quindi quali cure bisogna prestare a quelle che le
depongono

e a quelle che le covano.

Le uova di uccelli diversi che possono essere fatte
covare dalle galline.

A proposito delle galline che mangiano le loro uova etc.

⁷³⁴ Si opta per la traduzione di *minium* con carminio. Gli abituali significati di *minium* corrispondono a minio oppure a cinabro, ma essi implicano componenti a mio avviso tossici. Infatti il minio è un ossido salino di piombo e il cinabro è solfuro di mercurio. Invece il carminio è una sostanza colorante rossa innocua ricavata dalla cocciniglia (appartenente agli Insetti Emitteri della famiglia Coccidi), sostanza costituita principalmente da acido carminico mescolato con sostanze organiche azotate e sostanze minerali.

⁷³⁵ Gessner deve aver tratto il testo di de' Crescenzi da un'edizione latina di *Ruralium commodorum libri XII* e magari da quella edita a Basilea nel 1548 che va sotto il nome di *De omnibus agriculturae partibus et de plantarum et animalium generibus*. Infatti nell'edizione del 1490 della traduzione italiana di *Ruralia comoda* non ricorre la voce singola *Gralega* come invece avviene nell'edizione latina del 1548, perlomeno nel libro VI dedicato alle erbe. - Ecco il testo di de' Crescenzi: Gralega dicitur impinguare terram si viridis vertatur in eam. Itidem dicitur quod eius semen mirabiliter facit ovare gallinas. (liber VI, pag. 216 *De omnibus agriculturae partibus et de plantarum et animalium generibus*, 1548)

⁷³⁶ Plinio, parlando del visco: *Naturalis historia* XVI,251: Fecunditatem eo potō dari cuicumque animalium sterili arbitrantur, contra venena esse omnia remedio. tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio est. - XXIV,12: Quidam et galbanum adiciunt pari pondere singulorum eoque modo et ad vulnera utuntur. unguium scabritias expolit, si septenis diebus illinantur nitroque conuantur. quidam id religione efficacius fieri putant prima luna collectum e robore sine ferro, si terram non attigerit; comitialibus mederi, conceptum feminarum adiuvare, si omnino secum habeant; ulcera commanducato inpositoque efficacissime sanari.

Ova quae incubanda subiicies, potius {e vetulis sunt, quam e pullastris} <vetulis quam pullastris>, Varro⁷³⁷. Aptissima sunt ad excludendum recentissima quaeque, possunt tamen etiam requieta supponi, dum ne vetustiora sint quam dierum decem, Columella⁷³⁸. Ova incubari infra decem dies {a}edita utilissimum. vetera aut recentiora infoecunda, Plinius⁷³⁹. Ova decem dierum bene foventur, et pauciorum usque ad ova quatruiduana. quae infra aut supra hoc tempus sunt, minus valere probantur, Albertus. Ova plena sint, atque utilia, (foecunda, Albertus) nec ne, animadverti aiunt posse, si miseris in aquam: quod inane natat, plenum desidit. Qui, ut hoc intelligant, concutiunt, errare, quod in eis vitales venas confundunt⁷⁴⁰. In iis idem aiunt, cum ad lumen sustuleris, quod perlucet, id esse ob< >inane, Varro⁷⁴¹, Florentinus et Plinius⁷⁴². Plura vide supra in C. ubi de ovis urinis dictum est, et inferius ubi de incubatione scribetur. Ova ad incubationem eliguntur, in quibus Soli obtentis semen galli apparet. tum a septem dierum incubitu iterum inspiciuntur: et si quod est quod Soli obtentum non appareat alteratum, eijcitur tanquam subventaneum et inutile, Albertus. Sed alii (ut infra recitabimus, ubi de cura incubantium sermo erit) versus Solem an semen galli apparet contemplari solent, non

Le uova che metterai a covare è preferibile darle a galline un po' vecchiotte anziché a pollastre, Varrone*. Sono molto adatte alla schiusa tutte quelle appena deposte, tuttavia si possono mettere a cova anche quelle non fresche, purché non siano più vecchie di dieci giorni, Columella*. È assai conveniente mettere da covare le uova deposte da dieci giorni. Quelle più vecchie o più recenti sono sterili, Plinio. Le uova di dieci giorni vengono covate bene, e quelle di pochi giorni fino alle uova vecchie di quattro giorni. Quelle che si trovano al di sotto o al di sopra di questo tempo vengono giudicate come meno buone, Alberto*. Dicono che si può accorgersi se le uova siano piene e utili - per la cova - (Alberto dice feconde) oppure no, se le metterai in acqua: quello vuoto galleggia, quello pieno va a fondo. Coloro che per rendersene conto le scuotono, commettono un errore, perché così facendo vi mettono sottosopra le vene vitali. A tale riguardo sempre loro dicono che, ponendole davanti a una lucerna, quello che lascia passare la luce è perché è vuoto, Varrone, Florentino* e Plinio. Vedi una maggiore quantità di dati nel precedente paragrafo C dove si è parlato delle uova piene di vento e più avanti quando si parlerà dell'incubazione. Si scelgono per essere incubate quelle uova nelle quali, messe contro sole, è visibile il seme del gallo. Quindi vengono riesaminate dopo un'incubazione di sette giorni: e se si verifica che messone uno contro sole non appare modificato, esso viene eliminato, essendo pieno di vento e inutile, Alberto. Ma altre persone (come dirò

⁷³⁷ L'edizione Aldina* del 1533, forse quella usata da Gessner, contiene sia *pullastris* sia *e vetulis quam e pullastris* § Il testo di Varrone delle edizioni moderne non contiene né la parola *pullastris*, bensì *pullitris*, né la preposizione e in grado di sovvertire ciò che un allevatore deve fare. Ecco cosa dice la versione in mio possesso del *Rerum rusticarum* III,9,9: *Itaque quae ante aut post nata sunt et etiam prima eo tempore, non supponenda; et ea quae subicias, potius vetulis quam pullitris, et quae rostra aut unguis non habeant acutos, quae debent potius in concipiendo occupatae esse quam incubando. Adpositissimae ad partum sunt anniculae aut bimae. (a cura di Antonio Traglia - UTET - Torino - 1974) § Alcuni codici hanno *pullitris*. § Ma il testo di Varrone citato da Gessner e presente nell'edizione Aldina non ha assolutamente senso per un allevatore, per cui viene emendato.*

⁷³⁸ *De re rustica* VIII,5,4: *Observare itaque dum edant ova et confestim circumire oportebit cubilia, ut quae nata sunt recolligantur, notenturque quae quoque die sunt edita, et quam recentissima supponantur glutientibus (sic enim rustici appellant avis eas quae volunt incubare), cetera vel reponantur vel aere mutentur. Aptissima porro sunt ad excludendum recentissima quaeque. Possunt tamen etiam requieta subponi, dum ne vetustiora sint quam dierum decem.*

⁷³⁹ *Naturalis historia* X,151: *Ova incubari intra decem dies edita utilissimum; vetera aut recentiora infecunda. Subici in pari numero debent. Quarto die post quam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovarum adprehenso ima manu purus et unius modi perluceat color, sterilia existimantur esse proque iis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: inane fluitat, itaque sidentia, hoc est plena, subici volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis.*

⁷⁴⁰ Tale pregiudizio risale all'insegnamento di Aristotele (*Hist. an.*, VI, 3) secondo cui nel bianco di ogni uovo c'è come una goccia di sangue da cui si sviluppa l'embrione del pulcino, al quale il tuorlo offre il nutrimento. Plinio invece (*N. H.*, X, 148, 151) pensa che questa goccia di sangue sia nel tuorlo stesso. (nota di Antonio Traglia, UTET, Torino, 1974) - Si può aggiungere che non si tratta di un semplice pregiudizio, bensì di una norma che oggi sappiamo essere dettata dalla biologia. Infatti non conviene scuotere eccessivamente le uova che si vorrà mettere a covare, in quanto l'embrione è in attesa del calore della chioccia per proseguire nel suo sviluppo, il quale si è arrestato per il brusco abbassamento della temperatura dopo che l'uovo è stato deposto. Vedi il lessico alla voce embrione di pollo*.

⁷⁴¹ *Rerum rusticarum* III,9,11: *Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot ac vertere ova, ut aequabiliter concalefiant. Ova plena sint atque utilia necne, animadverti aiunt posse, si demiseris in aquam, quod inane natet, plenum desidit. Qui ut hoc intellegant concutiant, errare, quod vitale venas confundant in iis. Idem aiunt, cum ad lumen sustuleris, quod perluceat, id esse inane.*

⁷⁴² *Naturalis historia* X,151: *Ova incubari intra decem dies edita utilissimum; vetera aut recentiora infecunda. Subici in pari numero debent. Quarto die post quam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovarum adprehenso ima manu purus et unius modi perluceat color, sterilia existimantur esse proque iis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: inane fluitat, itaque sidentia, hoc est plena, subici volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis.*

in iis ovis quae ad incubationem initio deliguntur, sed quae per aliquot dies incubitum iam pertulerunt. Cum quis volet quamplurimos mares excludi, longissima quaeque et acutissima ova subiiciet: et rursus cum foeminas, quam rotundissima, Columella⁷⁴³. Vide supra in C. In supponendo ova observant, ut sint numero imparia, Varro, Plinius, Palladius et Florentinus.⁷⁴⁴

¶ Quae velis incubet, negant plus vigintiquinque oportere ova incubare, quamvis propter foecunditatem peperit plura, Varro et Plinius⁷⁴⁵. Mulieres nostrae ultra septendecim vel novendecim ova non supponunt, Crescentiensis. Numerus ovorum quae subiiciuntur, impar observatur, nec semper idem: nam primo tempore, id est mense Ianuario quindecim, nec unquam plura subiici debent, Martio XIX. nec his pauciora. unum et viginti Aprili. tota deinde aestate usque in calendas Octobris totidem. Postea supervacua est huius rei cura, quod frigoribus exclusi pulli plerunque intereant, Columel.⁷⁴⁶ A calendis Novembris gallinis ova supponere nolito, donec bruma conficiatur. In eum diem ternadena subiicito aestate tota, hyeme pauciora, non tamen infra novena, Plinius⁷⁴⁷.

Supponantur gallinae, foecundae⁷⁴⁸ quidem non plura quam vigin<ti>tria ova, pauciora

più avanti quando si parlerà delle attenzioni da prestare alle covatrici) sono soliti guardare contro sole se si vede il seme del gallo non in quelle uova che vengono prescelte per l'incubazione, ma in quelle che sono già state covate per alcuni giorni. Quando qualcuno vorrà far nascere moltissimi maschi, metterà da covare tutte quelle uova che si presentano estremamente allungate e appuntite: e a sua volta quando desidererà delle femmine, quelle estremamente arrotondate, Columella. Vedi prima nel paragrafo C. Nel mettere le uova a covare fanno attenzione che siano in numero dispari, Varrone, Plinio, Palladio* e Florentino.

¶ Quella che vuoi che covi dicono che non conviene che covi più di 25 uova, anche se a causa della fecondità ne ha deposte di più, Varrone e Plinio. Le nostre donne non mettono a covare più di 17 o di 19 uova, Pier de' Crescenzi. Il numero di uova che si pongono sotto la chioccia deve essere dispari e non sempre lo stesso: infatti, nel primo periodo, cioè nel mese di gennaio, se ne debbono mettere 15 e mai di più, in marzo 19 e non meno di questo numero. In aprile 21. Quindi altrettante per tutta l'estate fino alle calende di ottobre. Dopo è inutile dedicarsi a quest'attività perché in genere i pulcini nati durante il freddo muoiono, Columella. A partire dalle calende di novembre non mettere a covare uova sotto alle galline fino a quando l'inverno non è finito. Verso questo periodo e per tutta l'estate mettine a covare 13 alla volta, quando fa freddo un po' di meno, tuttavia non meno di 9 per volta, Plinio.

Si mettano a covare sotto a una gallina feconda non più di 23 uova, ma di meno se non è tale: cioè, a seconda

⁷⁴³ *De re rustica*, VIII,5,11: Cum deinde quis volet quam plurimos mares excludi, longissima quaeque et acutissima ova subiiciet, et rursus cum feminas quam rotundissima. - Plinio *Naturalis historia* X,145: Quae oblonga sint ova, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Feminam edunt quae rotundiora gignuntur, reliqua marem.

⁷⁴⁴ È probabile che si tratti di dottrina neoplatonica. In realtà, nel campo musicale, Pitagora scoprì le consonanze musicali, ossia le proporzioni 2:1, 3:2 e 4:3, che rappresentano la lunghezza di corde corrispondenti all'ottava e l'armonia fondamentale (il cinque e il quattro). (Roberto Ricciardi) - Varrone *Rerum rusticarum* III,9,8: Quae velis incubet, negant plus XXV oportere ova incubare, quamvis propter fecunditatem pepererit plura. - Columella *De re rustica* VIII,5,8: Numerus ovorum quae subiiciuntur impar observatur nec semper idem. Nam primo tempore, id est mense Ianuario, quindecim nec unquam plura subiici debent, Martio XIX. nec his pauciora, unum et viginti Aprili. tota deinde aestate usque in Kalendas Octobris tredecim. - Palladio *Opus agriculturae* I,27: Supponenda sunt his semper ova numero impari, luna crescente, a decima usque in quintadecimam.

⁷⁴⁵ *Naturalis historia* X,150: Plus vicena quina incubanda subiici vetant.

⁷⁴⁶ *De re rustica* VIII,5,8: Numerus ovorum quae subiiciuntur impar observatur nec semper idem. Nam primo tempore, id est mense Ianuario, quindecim nec unquam plura subiici debent, Martio XIX. nec his pauciora, unum et viginti Aprili, tota deinde aestate usque in Kalendas Octobris tredecim. Postea supervacua est huius rei cura, quod frigoribus exclusi pulli plerumque intereant. - Il testo è tratto dall'edizione di Einaudi del 1977, ma questo codice usato da Einaudi dà i numeri nel vero senso della parola. Infatti la sequenza numerica fornita da Gessner è del tutto consona alla realtà e alle condizioni climatiche.

⁷⁴⁷ *Naturalis historia* XVIII,231: A kal. Novemb. gallinis ova supponere nolito, donec bruma conficiatur. In eum diem ternadena subiicito aestate tota, hyeme pauciora, non tamen infra novena.

⁷⁴⁸ Diversamente dalla fonte qui usata da Gessner, la traduzione di Janus Cornarius (contenuta in *Cassii Dionysii Uticensis de agricultura libri XX*,1543) è aderente alla realtà. Infatti Cornarius non dà *foecundae*, bensì *optimae*, e questo *optimae* può essere riferito a qualsivoglia caratteristica della gallina, e nel caso specifico al suo carattere, che se è ottimo si comporterà ottimamente durante la cova. Invece non si riesce a capire come mai una gallina feconda debba essere anche una buona chioccia. Dimostrazione lampante è la gallina Livorno e di qualsiasi altra razza ovaiole: più una gallina fa uova meno insorge in lei l'istinto di cova. - La conferma l'abbiamo dal testo di Florentino tratto da *Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De re rustica eclogae* (Henricus Beckh Teubner, 1994): 'Υποτίθεται τῇ μὲν ἀγαθῇ ὄρνιθι μὴ πλέον τῶν κγ' ὠῶν [...] - In genere, per dire fecondo, in greco si usa l'aggettivo

vero non tali: scilicet pro uniuscuiusque natura, Florentinus. Fere autem, cum primum partum consummaverint, gallinae incubare cupiunt ab Idibus Ianuariis, quod facere non omnibus permittendum est, quoniam quidem novellae magis edendis, quam excubandis ovis utiliores sunt. Inhibeturque cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. Veteranas igitur aves ad hanc rem eligi oportebit, quae iam saepius id fecerint, moresque earum maxime pernoscere, quoniam aliae melius excubant, aliae editos pullos commodius educant. At e contrario quaedam et sua et aliena ova comminuunt, atque consumunt, quod facientem protinus submovere conveniet, Columella⁷⁴⁹. Ova subijciantur, non quidem iis quae florent aetate, aut parere possunt, gallinis, sed provecioribus, vigent enim atque florescunt anniculae ad emissiones (partiones) ovorum, potissimum autem bimae sed minus quae sunt seniores, Florentinus. Appositissimae ad partum sunt anniculae aut bimae, Varro⁷⁵⁰. Gallinae incubationi destinandae, rostra aut ungues non habeant acutos. tales enim debent potius in concipiendo occupatae esse, quam incubando, Idem. Quae non secus quam gallinacei calcaribus spiculatis armantur, cavendum est ne eae incubent. pertundunt enim ova, Florentinus. Oportet qua die subditurus es ova, non unam tantum gallinam, sed tres superponere aut quatuor, Idem.

¶ Frigoribus exclusi pulli plerunque intereunt. Plerique tamen et ab aestivo solstitio non putant bonam pullationem, quod ab eo tempore etiam si facilem educationem habent, iustum tamen non capiunt incrementum. Verum suburbanis locis, ubi a matre pulli non exiguis {precis} <preiis> veneunt, nec plerunque intereunt, probanda est aestiva

della natura di ciascuna, Florentino. Ma quando hanno ultimato il primo periodo depositivo, le galline desiderano covare, a partire dalle idi di gennaio - 13 gennaio; ma non bisogna permettere a tutte di farlo; infatti, le galline giovani sono più adatte a deporre le uova che a farle schiudere. E si inibisce il desiderio di covare facendo passare una piccola piuma attraverso le narici. Pertanto per la cova bisognerà scegliere le veterane, che l'hanno già fatto più volte; e bisogna conoscere molto bene il loro comportamento, perché alcune sono migliori nel covare, altre allevano in modo più adeguato i pulcini quando sono nati. Ma al contrario ce ne sono alcune che rompono sia le loro uova che quelle altrui, e le divorano, e converrà eliminare immediatamente colei che lo fa, Columella. Le uova debbono essere messe sotto non a quelle galline che sono nel fior fiore dell'età o che possono deporre, ma a quelle di età più avanzata, infatti quelle di un anno d'età sono nel pieno e nel fior fiore della produzione (della deposizione) delle uova, soprattutto quelle che hanno due anni, ma di meno quelle che sono più vecchie, Florentino. Sono estremamente adatte alla deposizione quelle di un anno o due anni d'età, Varrone. Le galline che debbono essere destinate all'incubazione non debbono avere il becco o le unghie aguzze. Infatti costoro debbo essere preferibilmente impiegate per la deposizione che per la cova, ancora Florentino. Quelle che non sono armate d'altro che da speroni acuminati da gallo, bisogna fare attenzione che non si mettano a covare. Infatti forano le uova, Florentino. È necessario che quel giorno in cui metterai le uova a covare, vi metti sopra non solo una gallina, ma tre o quattro, ancora Florentino.

¶ I pulcini nati durante il freddo, per lo più muoiono. La maggior parte degli allevatori non ritengono buona neppure la produzione dei pulcini a partire dal solstizio d'estate, perché a partire da questo momento, anche se si possono allevare con facilità, non possono tuttavia raggiungere un accrescimento adeguato. Ma nelle fattorie suburbane, dove i pulcini appena separati dalla chioccia si vendono a non basso prezzo, e per lo più

γόνιμος, mentre ἀγαθός esprime buono in senso morale, riferito ovviamente a una persona, ma che possiamo benissimo attribuire anche a una gallina dal carattere tranquillo. Anche se calmo, tranquillo, si dice ἀόργητος, da ὀργάω che significa essere smanioso o eccitato come colui che è prossimo all'orgasmo. Si ricordi ciò che ci insegnarono in liceo: ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθός, uomo bello e buono, cioè, uomo dabbene, eccellente, perfetto, riferito alle caratteristiche pretese in un cittadino. - Il colpevole di questa disquisizione altri non è che Andrés de Laguna* *Geoponica libri XIII-XX* (1541): Disponantur autem gallinae, foecundae quidem, non plura quam vigintitria ova [...]. Laonde per cui si emenda il decurtato *vigintria* di Gessner con l'inecepibile *vigintitria* di Andrés de Laguna.

⁷⁴⁹ *De re rustica* VIII,5,5-6: [5] Fere autem cum primum partum consummaverunt gallinae, incubare cupiunt ab Idibus Ianuariis. Quod facere non omnibus permittendum est, quoniam quidem novellae magis edendis quam excudendis ovis utiliores sunt, inhibeturque cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. [6] Veteranas igitur avis ad hanc rem eligi oportebit, quae iam saepius id fecerint, moresque earum maxime pernoscere, quoniam aliae melius excudant, aliae editos pullos commodius educent. At e contrario quaedam et sua et aliena ova comminuunt atque consumunt, quod facientem protinus summovere conveniet.

⁷⁵⁰ *Rerum rusticarum* III,9,9: Itaque quae ante aut post nata sunt et etiam prima eo tempore, non supponenda; et ea quae subicias, potius vetulis quam pullitris, et quae rostra aut ungues non habeant acutos, quae debent potius in concipiendo occupatae esse quam incubando. Adpositissimae ad partum sunt anniculae aut bimae.

educatio, Columella⁷⁵¹. Aiunt optimum esse partum {aequinoctio [427] verno, aut autumnali} <ab aequinoctio verno ad autumnale>. Itaque quae ante, aut postea nata sunt, et etiam prima eo tempore, non supponenda, Varro⁷⁵².

non muoiono, l'allevamento estivo è raccomandabile, Columella. Dicono che è ottima la deposizione che avviene dall'equinozio di primavera a quello d'autunno. Pertanto quelle che sono state deposte prima o dopo, e anche le prime deposte in tale periodo, non sono da mettere a covare, Varrone.

Pagina 427

Ova gallinae subdenda ab eo potissimum tempore aedi etiam debent, quo spirat Zephyrus, usque ad Autumnale aequinoctium. Nempe a septima Februarii, usque ad vigesimamsecundam Septembris. Quare dum emittuntur hoc tempore, separatim serventur, ut ex eis pullorum exclusio fiat. Quae enim ante id temporis {a}eduntur ova, aut etiam eo transacto, quaeque etiam {a}edidit primo gallina, eorum certe nullum est subijciendum. Infocunda siquidem fiunt, imperfectaque. Est autem praestantissimum tempus aequinoctium vernum ad incubandum, hoc est a vigesima quarta Martii usque ad nonas Maias, Florentinus. Ova Luna nova supponito, Plin.⁷⁵³ Incubare oportet incipere secundum (post) novam Lunam, quod fere quae ante (prius inchoata) non succedunt, (non proveniunt), Varro⁷⁵⁴ et Plinius⁷⁵⁵. Semper cum supponuntur ova, considerari debet, ut Luna crescente a decima usque ad quintamdecimam (quod et Palladius repetit⁷⁵⁶, et Tragus hodie a mulieribus in Germania observari scribit) id fiat, nam et ipsa suppositio per hos fere dies est commodissima: et sic administrandum est, ut rursus cum excluduntur pulli, Luna crescat, diebus quibus animantur ova, et in speciem volucrum conformantur <ter septenis opus est gallinaceo generi, at pavonino et anserino paulo amplius ter novenis>, Columella⁷⁵⁷.

Le uova da mettere sotto a una gallina debbono anche essere state deposte soprattutto a partire da quel periodo in cui spira Zefiro* fino all'equinozio d'autunno. E precisamente dal 7 di febbraio al 22 settembre. Motivo per cui, quando vengono deposte durante questo periodo, vengono tenute da parte affinché ne nascano dei pulcini. Infatti di tutte le uova che vengono deposte prima di questo periodo, o anche quando è trascorso, e anche di tutte quelle che una gallina ha deposto all'inizio del periodo, è assodato che nemmeno uno va messo a covare. Dal momento che diventano infeconde e difettose. Infatti per l'incubazione si presta in modo meraviglioso il periodo dell'equinozio di primavera, cioè dal 24 marzo fino alle none di maggio - 7 maggio, Florentino*. Metti a covare le uova quando è luna nuova, Plinio*. Conviene cominciare a incubare subito dopo (dopo, Plinio) la luna nuova, in quanto per lo più quelle che sono state messe a covare prima (quelle cui si è dato inizio precedentemente, Plinio) non hanno esito positivo (non nascono, Plinio) Varrone* e Plinio. Quando si mettono le uova a covare bisogna sempre tener presente che ciò avvenga con la luna crescente a partire dal decimo fino al quindicesimo giorno (anche Palladio* lo esige, e Hieronymus Bock* scrive che oggi in Germania questa regola viene osservata dalle donne), infatti anche la messa a cova durante più o meno questi giorni è assai vantaggiosa: ed è necessario fare in modo che poi quando i pulcini nascono ci sia la luna crescente, per le galline il numero di giorni durante il quale le uova si

⁷⁵¹ *De re rustica* VIII,5,8-9: Postea supervacua est huius rei cura, quod frigoribus exclusi pulli plerumque intereunt. [9] Plerique tamen etiam ab aestivo solstitio non putant bonam pullationem, quod ab eo tempore, etiam si facile educationem habent, iustum tamen non capiunt incrementum. Verum suburbanis locis, ubi a matre pulli non exiguis pretiis veneunt, probanda est aestiva educatio.

⁷⁵² Si emenda in base al testo edito dalla UTET nel 1974 e che è il seguente: ab aequinoctio verno ad autumnale. Infatti il testo di Varrone citato da Gessner non ha assolutamente senso. - Varrone *Rerum rusticarum* III,9,9: Optimum esse partum ab aequinoctio verno ad autumnale. Itaque quae ante aut post nata sunt et etiam prima eo tempore, non supponenda; et ea quae subicias, potius vetulis quam pullitris, et quae rostra aut ungues non habeant acutos, quae debent potius in concipiendo occupatae esse quam incubando. Adpositissimae ad partum sunt anniculae aut bimae.

⁷⁵³ *Naturalis historia* XVIII,322: Ova luna nova supponito.

⁷⁵⁴ *Rerum rusticarum* III,9,16: Incubare oportet incipere secundum novam lunam, quod fere quae ante, pleraque non succedunt.

⁷⁵⁵ *Naturalis historia* X,152: Incubationi datur initium post novam lunam, quia prius inchoata non proveniant.

⁷⁵⁶ *Opus Agriculturae* libro I, XXVII (*De gallinis*): Supponenda sunt his semper ova numero impari, luna crescente, a decima usque in quintamdecimam.

⁷⁵⁷ Si emenda con <ter septenis opus est gallinaceo generi, at pavonino et anserino paulo amplius ter novenis> altrimenti il discorso sarebbe tronco non solo come contenuto, ma soprattutto dal punto di vista sintattico. - Columella *De re rustica* VIII,5,9-10: Semper autem cum supponuntur ova, considerari debet ut luna crescente ab decima usque ad quintamdecimam id fiat. Nam et ipsa suppositio per hos fere dies est commodissima, et sic administrandum est ut rursus cum excluduntur pulli luna crescat. [10] Diebus quibus animantur ova et in speciem volucrum conformantur, ter septenis opus est gallinaceo generi, at pavonino et anserino paulo amplius ter novenis.

Oportet subijci ova Luna increscente: hoc est, a primilunio usque ad quartamdecimam diem. nam quae ante novilunium subiecta sunt, tabescunt et corrumpuntur, Florentinus. Ex ovis natis in defectu Lunae (non generantur pulli,) sed plurimum sunt generantia. (horum verborum sensum non assequor: et ni fallor, omitti possunt,) eo quod ova a novilunio usque ad plenilunium et replentur et humectantur, et sunt laudabilia ad generationem. et e< >converso, quae generantur a plenilunio usque ad novilunium, Elluchasem. Audio hanc apud nos quorundam persuasionem esse, ut ex ovis suppositis omnibus foeminae generentur, subijci oportere plenilunio, et ea quoque ad hoc praeferunt quae in plenilunio nata fuerint: et ita observandam temporis rationem, ut in plenilunio etiam excludantur pulli.

¶ Parientium et incubantium cura. Gallinas includere oportet, ut diem et noctem incubent, praeterquam mane et vespere, dum cibus ac potio his detur. Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac vertat ova, ut aequabiliter concalefiant, Varro⁷⁵⁸ et Florentinus. Recludere autem {h}ostium⁷⁵⁹ est opus, tum diluculo, tum crepusculo vespertino, illisque pro consuetudine offerre et nutrimentum et potum: ac postea rursus occludere, quod si aliquae non ascenderint ultro, cogendae sunt, Florentinus. Supponendi consuetudo tradita est ab iis, qui religiosius haec administrant eiusmodi. Primum quam secretissima cubilia eligunt, ne incubantes matricem ab aliis avibus inquietentur: deinde antequam consternant ea, diligenter emundant, paleasque quas substraturi sunt, sulfure, et bitumine, atque ardente taeda perlustrant, et expiatis cubilibus iniiciunt, ita factis concavatis nidis, ne ab advolantibus, aut etiam desilientibus evoluta decidant ova. Plurimi etiam infra cubilium stramenta graminis aliquid, et ramulos lauri, nec minus alii capita cum clavis ferreis subiiciunt: quae cuncta remedia creduntur esse adversus tonitrua, quibus vitiantur ova, pullique semiformes interimuntur ante, quam toti partibus suis consummentur. Servat autem qui subijcit, ne

animano e assumono pian piano la forma di uccello è di ventuno, mentre per i pavoni e per le oche poco più di ventisette, Columella*.

Bisogna mettere a covare le uova in luna crescente: cioè, a partire dal plenilunio fino al quattordicesimo giorno. Infatti quelle che vengono messe a cova prima del novilunio, si liquefanno e si guastano, Florentino. Dalle uova deposte in mancanza di luna (non si generano pulcini), ma sono assai feconde. (Non riesco a seguire il significato delle seguenti parole: e, se non sbaglio, possono essere omesse) In quanto le uova a partire dal novilunio fino al plenilunio si riempiono oltre a inumidirsi, e sono adatte alla generazione. E si comportano in maniera opposta quelle deposte dal plenilunio fino al novilunio, Elluchasem Elimithar*. Sento dire che alcuni dei nostri sono persuasi del fatto che, affinché da tutte le uova messe a covare nascano delle femmine, è necessario metterle a covare durante il plenilunio, e a questo scopo preferiscono pure quelle deposte durante il plenilunio: e che parimenti bisogna porre attenzione a calcolare il tempo, affinché anche i pulcini nascano durante il plenilunio.

¶ CURE DA PRESTARE A QUELLE CHE DEPONGONO E CHE COVANO. È necessario rinchiudere le galline affinché covino giorno e notte, eccetto al mattino e alla sera quando bisogna dare loro da mangiare e da bere. L'incaricato deve fare il suo giro a intervalli regolari di alcuni giorni e deve rigirare le uova affinché si riscaldino in modo uniforme, Varrone e Florentino. Bisogna aprire l'entrata sia all'alba che al crepuscolo della sera, e dare loro con regolarità sia cibo che bevanda: e poi chiudere di nuovo, perché se alcune non volessero salire nel nido spontaneamente, bisogna obbligarle, Florentino. Da coloro che gestiscono queste cose in modo piuttosto scrupoloso è stata tramandata la consuetudine di mettere le uova a covare nel modo seguente. In primo luogo scelgono nidi il più possibile appartati affinché le chioce che stanno covando non vengano disturbate da altri volatili: quindi, prima di ricoprire i nidi, li ripuliscono con diligenza e purificano con zolfo*, con bitume* e con una fiaccola accesa la paglia che stenderanno sotto, e dopo averla purificata la mettono nei nidi, nidi resi concavi in modo tale che le uova rotolando non cadano fuori quando le chioce vi volano sopra oppure saltano giù. Moltissimi sotto la paglia dei nidi pongono anche un po' di gramigna e dei rametti di alloro* nonché dei bulbi di aglio* con chiodi di ferro: cose tutte che si credono essere dei rimedi contro i tuoni dai quali le uova vengono guastate e i pulcini semiformati vengono uccisi prima che si siano del tutto completati nelle loro parti. Inoltre, chi mette le

⁷⁵⁸ *Rerum rusticarum* III,9,10-11: Eas includere oportet, ut diem et noctem incubent, praeterquam mane et vespere, dum cibus ac potio is detur. [11]Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot ac vertere ova, ut aequabiliter concalefiant.

⁷⁵⁹ Andrés de Laguna* in *Geoponica libri XIII-XX* (1541) da cui è tratto il testo di Gessner ha *ostium* e non *hostium* che pertanto viene emendato essendo scorretto.

singula ova in cubili manu componat, sed totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat; deinde universum leniter in praeparatum nidum transfundat. Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus est cibus, ut saturae studiosius nidis immorentur, neve longius evagatae refrigerent ova: quae quamvis pedibus ipsae convertant, aviarius tamen, cum desilierint matres, circumire debet, ac manu versare, ut aequaliter calore concepto facile animentur. Quin etiam si qua unguibus laesa, vel fracta sunt, ut removeat. Idque cum fecerit <duodeviginti diebus>, die undevigesimo animadvertat, an pulli rostellis ova {percuderint} <percusserint>, et auscultetur, si pipiant. nam saepe propter crassitudinem putaminum erumpere non queunt. Itaque haerentes pullos manu eximere oportebit, et matri fovendos subijcere, idque non amplius triduo facere, nam post unum et vigesimum diem silentia ova carent animalibus: eaque removenda sunt, ne incubans inani spe diutius detineatur effoeta, Columella⁷⁶⁰.

In cubilibus, cum parturient, acus substernendum: cum peperint, tollere substramen, et recens aliud subijcere, quod pulices et caetera nasci solent, quae gallinam conquiescere non patiuntur, ob quam rem ova aut inaequaliter maturescunt, aut consenescent, Varro⁷⁶¹.

Curae autem debebit esse custodi, cum parturient aves, ut habeant quam mundissimis paleis constrata cubilia, eaque subinde converrat, et alia stramenta quam recentissima reponat: nam pulcibus, aliisque similibus animalibus replentur, quae secum affert avis, cum ad idem cubile revertitur. Assiduus autem

uova a covare, si guarda dal disporre le uova una per una nel nido con la mano, ma deve disporre tutte le uova in un piccolo recipiente di legno; quindi trasferirle delicatamente tutte quante nel nido preparato. Alle galline che covano il cibo va posto loro vicino affinché, essendo sazie, se ne stiano più volentieri nel nido e affinché non lascino raffreddare le uova andandosene in giro per troppo tempo: e benché esse stesse le rigirino con le zampe, tuttavia il guardiano del pollaio, quando le chioce sono saltate giù, deve fare un giro e rigirarle con la mano, affinché facilmente prendano vita ricevendo il calore in modo omogeneo. Inoltre, se per caso sono lese o rotte dalle unghie, deve toglierle. Dopo aver fatto ciò per diciotto giorni, al diciannovesimo faccia attenzione se i pulcini coi loro beccucci danno dei colpi alle uova, e si deve ascoltare se pigolano. Infatti spesso, per lo spessore del guscio, non riescono a uscire. Pertanto bisognerà tirare fuori con la mano i pulcini che non riescono a liberarsi e metterli sotto la madre che li scaldi, e questo non bisogna farlo per più di tre giorni, infatti le uova che tacciono dopo il ventunesimo giorno non contengono un essere vivente: e bisogna toglierle affinché la chioccia ormai esausta non si trattenga oltre, spinta da una vana speranza, Columella.

Nei nidi, dopo che hanno cominciato a deporre, bisogna mettere della pula: quando hanno finito di deporre, bisogna rimuovere lo strame e metterne dell'altro nuovo, in quanto di solito vi nascono le pulci e altri parassiti che non permettono alla gallina di riposare, motivo per cui le uova o non giungono a maturazione in modo omogeneo, oppure vanno a male, Varrone.

Il custode dovrà porre attenzione che quando le galline deporranno le uova abbiano dei nidi ricoperti di paglia il più pulita possibile, e spesso deve ripulirli e mettervi dello strame molto recente: infatti si riempiono di pulci e di altri animali consimili che la gallina porta con sé ritornando nel nido. Il custode inoltre deve essere diligente e osservare il momento in cui depongono

⁷⁶⁰ *De re rustica* VIII,5,11-15: Subponendi autem consuetudo tradita est ab his qui religiosius haec administrant eiusmodi: primum quam secretissima cubilia legunt, ne incubantes matricibus ab aliis avibus inquietentur; deinde antequam consternant ea, diligenter emundant, paleasque, quas substraturi sunt, sulphure et bitumine atque ardente teda perlustrant et expiatis cubilibus iniciunt, ita factis concavatis nidis, ne advolantibus aut etiam desilientibus decidant ova. [12] Plurimi etiam infra cubilium stramenta graminis aliquid et ramulos lauri nec minus alii capita cum clavis ferreis subiciunt. Quae cuncta remedio creduntur esse adversus tonitrua, quibus vitiantur ova pullicae semiformes interimuntur, antequam toti partibus suis consummentur. [13] Servat autem qui subicit ne singula in cubili manu componat, sed totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat. Deinde universum leniter in praeparatum nidum transfundat. [14] Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus est cibus, ut saturae studiosius nidis immorentur, neve longius evagatae refrigerent ova. Quae quamvis pedibus ipsae convertant, aviarius tamen, cum desilierint matres, circumire debet ac manu versare, ut aequaliter calore concepto facile animentur, quin etiam, si qua unguibus laesa vel fracta sunt, ut removeat, idque cum fecerit duodeviginti diebus, undevicesimo animadvertat an pulli rostellis ova pertuderint, et auscultetur si pipiant. Nam saepe propter crassitudinem putamina rumpere non queunt. [15] Itaque haerentis pullos manu eximere oportebit et matri fovendos subijcere, idque non amplius triduo facere. Nam post unum et vicesimum diem silentia ova carent animalibus, eaque removenda sunt, ne incubans inani spe diutius retineatur effoeta.

⁷⁶¹ *Rerum rusticarum* III,9,8: In cubilibus, cum parturient, acus substernendum; cum pepererunt, tollere substramen et recens aliud subijcere, quod pulices et caetera nasci solent, quae gallinam conquiescere non patiuntur; ob quam rem ova aut inaequaliter maturescunt aut consenescent.

debet esse custos, et speculari parientes, quod se facere gallinae testantur crebris singultibus interiecta voce acuta. Observare itaque dum edant ova, et confestim circumire oportebit cubilia, ut quae nata sint colligantur, notenturque quae quoque die sint edita, ut quam recentissima supponantur glorientibus: sic enim rustici appellant aves eas, quae volunt incubare. Caetera vel reponantur, vel aere mutantur, Columella⁷⁶². Cum volumus ut ovis gallinae incubent, stramen nitidum est substernendum, in eoque imponendus ferreus clavus: quod is videatur habere vim vitium quodvis propulsandi, Florentinus. Ova quae incubantur, si habeant in se semen pulli, curator quadriduo postquam incubari coeperint, intelligere potest: si contra lumen tenuit, et purum uniusmodi esse animadvertit, putant eiciendum, et aliud subiciendum, Varro⁷⁶³. Quarto die postquam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovorum apprehenso una manu, purus et uniusmodi perluceat color, sterilia existimantur esse, proque eis alia substituenda, Plin.⁷⁶⁴ Ova incubationi idonea, quarto die sanguineas habent venas: quo tempore si quae ad radios Solis clara apparuerint in [428] acutiore parte, reijciantur, Albert.

l'uovo, cosa di cui le galline danno l'avviso con frequenti gorgoglii intercalati da una nota acuta. Bisognerà pertanto osservarle mentre depongono le uova e fare subito il giro dei nidi, per raccogliere quelle che sono state deposte, e si apponga un contrassegno su quelle deposte in quel giorno, affinché sotto a quelle che fanno la voce da chiocchia vengano messe uova freschissime: infatti i contadini chiamano così - *glorientes* - quelle galline che vogliono covare. Le altre uova o si conservano o si scambiano con del denaro, Columella. Quando vogliamo che le galline si mettano a covare le uova, bisogna mettere sotto di loro dello strame pulitissimo e bisogna aggiungerci un chiodo di ferro: in quanto sembrerebbe avere il potere di tenere lontano qualunque tipo di effetto negativo, Florentino. Se le uova che vengono incubate contengano il germe del pulcino, l'incaricato del pollaio potrà saperlo quattro giorni dopo che hanno cominciato a essere covate: se lo tiene fermo contro un lume e vede che è uniformemente trasparente, si ritiene che debba essere scartato e metterne sotto un altro, Varrone. Il quarto giorno dopo che hanno cominciato a essere covate, se dopo aver preso con una mano l'estremità delle uova, e averle messe contro un lume, il colore lascia passare la luce in modo uniformemente trasparente, vengono ritenute sterili, e al loro posto bisogna metterne a covare delle altre, Plinio. Le uova adatte all'incubazione, al quarto giorno presentano delle vene piene di sangue: in questo momento, se alcune messe contro i raggi del sole appariranno chiare in corrispondenza del polo acuto, debbono essere eliminate, Alberto*.

Pagina 428

Discernitur an id quod latet in ovis vitale sit, et prolificum, si post quartam diem quam foveri coeperit, nulla facta commotione vehementi sensim contra splendorem Solis et lumen ea quispiam speculetur. Nam si fibrosum aliquid cruentumque videatur discurrere, prolificum est quod inest: sin contra perspicuum maneat, ceu infoecundum est reijciendum, in reictorumque locum substituenda alia. Nec nobis verendum est ne corrumpantur ova, vel si ab aliquo saepius sensim et commode

Si riesce a vedere se ciò che sta nascosto nelle uova sia vitale e generatore di pulcini, se dopo il quarto giorno da quando ha cominciato a essere riscaldato, senza scuoterle in modo violento, qualcuno le guarda delicatamente contro il sole splendente e una lucerna. Infatti se vede muoversi qualcosa dall'aspetto fibroso e sanguigno, ciò che sta dentro è prolifico: se invece rimane trasparente, bisogna eliminarlo essendo infecondo, e al posto di quelle eliminate se ne mettono delle altre. E non dobbiamo temere che le uova si corrompano anche se da parte di qualcuno vengono

⁷⁶² *De re rustica* VIII,5,3-4: [3] Curae autem debet esse custodi, cum parturient aves, ut habeant quam mundissimis paleis constrata cubilia, quae subinde converrat, et alia stramenta quam recentissima reponat. nam pulicibus atque aliis similibus replentur, quae secum affert avis, cum ad idem cubile revertitur. Adsiduus autem debet esse custos et speculari parientes, quod se facere gallinae testantur crebris singultibus interiecta voce acuta. [4] Observare itaque dum edant ova et confestim circumire oportebit cubilia, ut quae nata sunt recolligantur, notenturque quae quoque die sunt edita, et quam recentissima supponantur glutientibus (sic enim rustici appellant avis eas quae volunt incubare), cetera vel reponantur vel aere mutantur.

⁷⁶³ *Rerum rusticarum* III,9,12: Ova, quae incubantur, habeantne semen pulli, curator quadriduo post quam incubari coepit intellegere potest. Si contra lumen tenuit et purum unius modi esse animadvertit, putant eiciendum et aliud subiciendum.

⁷⁶⁴ *Naturalis historia* X,151: Ova incubari intra decem dies edita utilissimum; vetera aut recentiora infecunda. Subici inpari numero debent. Quarto die post quam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovorum adprehenso ima manu purus et unius modi perluceat color, sterilia existimantur esse proque iis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: inane fluitat, itaque sidentia, hoc est plena, subici volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis.

permutentur, Florentinus. Multum refert ne moveatur manu, nam venae et humores inversione corrumpuntur, quod vel inde constat: quod cum gallina in occulto excubat, ova omnia foecunda fiunt: manibus vero hominum tractata plura corrumpuntur, Albertus. Ova incubanda deliguntur, in quibus Soli obtentis semen galli apparet, tum a septem (quatuor, ut Varro⁷⁶⁵ et alii) dierum incubitu iterum inspiciuntur et si quod est quod Soli obtentum non appareat alteratum, abijcitur tanquam subventaneum et inutile, Idem. Vide supra ubi dictum est de ovorum ante incubationem delectu. Et in aqua experimentum est, (de hoc etiam tanquam ante incubationem potius adhibendo superius scriptum est,) inane fluitat, itaque sidentia, hoc est plena, subijci volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis, Plin.⁷⁶⁶

¶ Pulli exclusi a singulis gallinarum statim subtrahendi sunt, subijciendique illi quae paucis incubat: quae tamen sub ea sunt ova vel nondum concreta et formata, distribuere convenit inter alias quae adhuc fovent teporem suo, ut una cum aliis et ipsa calefacta animentur, Florentinus⁷⁶⁷. ¶ Sunt in Alexandria illa quae ad Aegyptum spectat, gallinae quaedam Monosirae (ex quibus pugnaces oriuntur galli) bis ac ter incubantes, post absolutionem scilicet pullis ipsis subtractis, seorsumque enutritis, sic ut contingat gallinam unam quadragintaduos, aut etiam sexaginta pullos excludere, Florentinus⁷⁶⁸.

¶ De ovis diversarum avium quae gallinis subijciuntur. Diversi generis ova aliqui gallinis supponunt, Florentinus. Anatum ova gallinis

rigirate piuttosto frequentemente in modo delicato e adeguato, Florentino*. È assai importante che non venga scosso con la mano, infatti le vene e i liquidi vengono alterati quando vengono rigirati, una cosa che risulta evidente anche da quanto segue: infatti quando una gallina cova in un luogo nascosto, tutte le uova diventano prolifiche: invece quando vengono maneggiate dagli esseri umani se ne rovinano parecchie, Alberto*. Vengono scelte per essere incubate quelle uova in cui, messe contro sole, è visibile il seme del gallo, quindi dopo 7 giorni d'incubazione (4, come dicono Varrone* a altri) vengono nuovamente osservate e se vi è un qualcosa che messo contro sole non appare modificato, viene eliminato in quanto considerato ventoso e inutile, ancora Alberto. Vedi sopra quando si è parlato della scelta delle uova prima dell'incubazione. Ed esiste una prova da fare nell'acqua (anche di ciò si è scritto in precedenza come una cosa da attuare preferibilmente prima dell'incubazione), quello vuoto galleggia, e pertanto quelle che vanno a fondo, cioè piene, dicono di metterle a covare. Infatti proibiscono che vengano scosse per fare la prova, in quanto non genererebbero il pulcino una volta che le vene vitali sono state messe sottosopra, Plinio*.

¶ I pulcini che sono nati bisogna subito sottrarli a ciascuna gallina e metterli sotto a quella che ne sta covando poche: tuttavia quelle uova che ha sotto, non essendo ancora delineate e formate, conviene distribuirle alle altre galline che già le stanno riscaldando con il loro tepore, e così, riscaldatesi insieme alle altre, prendano vita, Florentino. ¶ Ad Alessandria*, quella appartenente all'Egitto, si trovano certe galline monosire* (dalle quali nascono dei galli combattivi), che covano due e tre volte all'anno, dopo che sono state liberate, cioè dopo che sono stati loro sottratti i pulcini, che vengono allevati separatamente, affinché accada che una sola gallina faccia nascere 42 o anche 60 pulcini, Florentino.

¶ LE UOVA DI VOLATILI DIVERSI CHE VENGONO MESSE A COVARE SOTTO ALLE GALLINE. Alcuni danno da covare alle galline uova appartenenti a una specie

⁷⁶⁵ *Rerum rusticarum* III,9,12: Ova, quae incubantur, habeantne semen pulli, curator quadriduo post quam incubari coepit intellegere potest. Si contra lumen tenuit et purum unius modi esse animadvertit, putant eiciendum et aliud subijciendum.

⁷⁶⁶ *Naturalis historia* X,151: Ova incubari intra decem dies edita utilissimum; vetera aut recentiora infecunda. Subijci in pari numero debent. Quarto die post quam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovorum adprehenso ima manu purus et unius modi perluceat color, sterilia existimantur esse proque iis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: inane fluitat, itaque sidentia, hoc est plena, subijci volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis.

⁷⁶⁷ Andrés de Laguna* *Geoponica libri XIII-XX* (1541), da cui Gessner trae la citazione, inizia la frase così: At pulli exclusi, a singulis gallinarum statim subtrahendi sunt. Janus Cornarius* *Cassii Dionysii Uticensis de agricultura libri XX* (1543) apre il discorso nel modo seguente, che, come la virgola di Laguna dopo esclusi, mette chiarezza su come tradurre questa citazione tratta da Florentino: Exclusi autem pulli statim ab unaquaque gallina subtrahendi sunt.

⁷⁶⁸ Citazione già fatta a pagina 381*, dove viene omissa la frase finale: sic ut contingat gallinam unam quadragintaduos, aut etiam sexaginta pullos excludere

saepe supponimus, etc. Cicero⁷⁶⁹. vide in Anate C. Anatum etiam sylvestrium ova, ut ibidem scripsimus, si incubantibus gallinis exclusa fuerint, anates inde cicures nascuntur. Anserum ova quomodo gallinis supponantur, vide supra in Ansero E. item pavonina quomodo, infra in Pavone, et Phasiani in Phasiano.

¶ Exclusio. Diebus fere viginti excludunt, Varro⁷⁷⁰. Phasiani ova non aliter quam gallinarum, ad vicesimamprimam diem excluduntur, Florentinus⁷⁷¹.

¶ Quae gallinae propria comedunt ova, eas sic dissuadere oportet. Ex ovo enim albumine effuso, in luteum ipsum humidum gypsum inijecto, ut testae duritiem contrahat. Volentes quippe gallinae in subiecto ovo gulam explere, nec in eo amplius inuenientes quid succi, cito quidem destiterint vastare ova, Florentinus.

¶ Ex phasiano mare et gallinis gallinaceis quomodo phasiani procreantur, ex dialogo Gyb. Longolii de Avibus, in quo author et Pamphilus colloquuntur. LONG. Novi quosdam, qui singulari artificio ingentem apud nostrates educatione et seminio phasianorum quaesi<t>um faciebant, quorum sane aedes rectius officinam, quam vivarium phasianorum quispiam appellaverit. PAM. Quaeso rationem istam explices. LONG. Phasianum marem, qua poterat diligentia, curabat (quidam in) domuncula decem pedibus longa lataque, viminibus et luto undique bene ab aere tuta, in ea fenestellae omnes in meridiem spectantes, de summo tecto copiose satis lumen administrabant, in medio crates vimineae domunculam dividebant. intervallum cratium tantum erat opertum, quantum satis fuit avis capiti colloque transmittendo. In altero maceriae latere phasianus solus regnabat. PAM. Quid vero altera pars, carebatne habitatore? LONG. Audies. Sub initium veris, villaticas aliquot gallinas sibi comparabat, sed foecunditatis cognitae, plumisque variis, ut

diversa, Florentino. Spesso diamo da covare alle galline uova di anatra*, etc., Cicerone*. Vedi al paragrafo C* dell'anatra. Come ho scritto sempre in questo paragrafo, se le uova anche di anatre selvatiche sono state fatte nascere dalle galline che covano, ne nascono delle anatre domestiche. Qual'è la maniera di mettere sotto alle galline uova di oca, vedi prima nel paragrafo E* dell'oca. Parimenti, per la modalità impiegata per quelle di pavone, vedi oltre nel capitolo del pavone*, e in quello del fagiano* per quelle di fagiano.

¶ SCHIUSA. Si schiudono nel giro di circa venti giorni, Varrone. Le uova di fagiano schiudono al 21° giorno, non diversamente da quelle di gallina, Florentino.

¶ Le galline che mangiano le loro uova bisogna dissuaderle nel modo seguente. Dopo aver fatto uscire l'albumine dall'uovo, aggiungi al giallo del gesso inumidito, affinché assuma la consistenza del guscio. Così le galline che vogliono appagare la gola con l'uovo che gli è stato messo sotto, non trovandovi più alcun liquido, smetteranno ben presto di rovinare le uova, Florentino.

¶ In che modo da un fagiano maschio e da galline del genere *Gallus* vengono generati dei fagiani, tratto dal *Dialogus de avibus et earum nominibus Graecis, Latinis, et Germanicis* di Gisbert Longolius* nel quale l'autore e Panfilo* stanno colloquiando. LONGOLIUS. Io so di alcuni tra i nostri connazionali che con uno speciale artificio ricavavano un'ingente profitto allevando e facendo nascere fagiani, e qualcuno avrebbe più correttamente chiamato le loro abitazioni officina anziché allevamento di fagiani. PANFILO. Vorrei che tu me ne spiegassi il motivo. LONG. Qualcuno con quanta più diligenza possibile si prendeva cura di un fagiano maschio in un piccolo locale largo e lungo dieci piedi - 290x290 cm, ben riparato dall'aria da ogni lato con giunchi e argilla, e in questo locale tutte le piccole finestre debbono essere rivolte a sud, e dalla sommità del tetto facevano entrare luce in discreta abbondanza, e nel mezzo dei graticci in giunco dividevano il locale. La superficie dei graticci era chiusa quel tanto che bastasse a far passare la testa e il collo dell'uccello. Dall'altro lato della parete regnava il fagiano che era solo. PANF. Quindi l'altra parte era senza inquilino? LONG. Sta a sentire. Verso l'inizio della primavera colui si procurava alcune galline da cortile, ma note per essere feconde, e

⁷⁶⁹ *De natura deorum* II,124: Quin etiam anatum ova gallinis saepe subponimus; e quibus pulli orti primo aluntur ab his ut a matribus, a quibus exclusi fotique sunt; deinde eas relinquunt et effugiunt sequentes, cum primum aquam quasi naturalem domum videre potuerunt: tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam.

⁷⁷⁰ *Rerum rusticarum* III,9,16: Incubare oportet incipere secundum novam lunam, quod fere quae ante, pleraque non succedunt. Diebus fere viginti excudunt. De quibus villaticis quoniam vel nimium dictum, brevitate reliqua compensabo. Gallinae rusticae sunt in urbe rarae nec fere nisi mansuetae in cavea videntur Romae, similes facie non his gallinis villaticis nostris, sed Africanis.

⁷⁷¹ Colin Harrison (*Nidi, uova e nidiacei degli uccelli d'Europa* - 1988) riferisce che il *Phasianus colchicus* ha una covata che dura 23-27 giorni. Altre fonti danno 25-26 giorni. Bernhard Grzimek (*Vita degli animali*, 1974) dà solamente 23 giorni. Probabilmente i tempi di schiusa sono inferiori se l'habitat è caldo. Ma nessuno degli autori moderni parla di 21 giorni.

propemodum foeminam phasianum mentiri possent. has aliquot diebus communi pabulo alebat, verum ita obiecto cibo, ut phasianus in gallinarum convivio, traiecto per craticulam collo, lurcaretur. PAMP. Qua de causa obsecro non admittebatur? LONG. Principio hac ratione consuescere cum gallinis discunt, deinde molesti esse nequeunt, cum veluti carcere ab iniuria inferenda prohibeantur. Alioqui ita ferociunt capti, ut ne pavoni quidem parcant, quin mox ore dilacerent. At ubi iam aliquot dies consuetudine gallinarum mitior factus est, una, quam cognovit illi inter reliquas magis familiarem, intromittitur, pabulumque copiosius suggeritur. PAMP. Quid de reliquis fiet? LONG. Plerunque primam iugulare solet: ne gallinarius itaque custos omni spe sua decolletur, reliquas in subsidium alit. PAMP. Quid si res ad triarios redeat, solaque una superest spes gregis? LONG. Tum latrone comprehenso candente ferro rostrum illius tangunt, et vino Chymico⁷⁷² nares illius lavant. PAMP. O Apitianam diligentiam. LONG. Ubi cognoverint gallinas ab illo plenas factas, divortium statim procuratur, admittiturque nova pellex, quam cupiunt uxoris more ab illo tractari. Uxorem autem ad ovorum partionem alunt. Ova autem quotquot posuit, incubantibus aliis supponuntur. PAMP. Ea forte ab gallinaceis reliquis nihil distant. LONG. Im<m>o punctis nigris undique sunt maculata, et longe maiora speciosioraque⁷⁷³. Ubi autem post animationem exclusa sunt, a gallina seorsim educantur: maxime polenta illius frumenti triangularis, quod vulgo non inepte fagotriticum vocant, quod semen fago, (id est fagi semini,) farina<e> triticeae⁷⁷⁴ perquam {similis} <simile> sit: idipsum aqua ex lacubus fabrorum hausta subigunt, apii folia recentia cultellis domita, immiscent: obijciunt etiam baccas, quae ex hyeme superfuere. hijs

con le piume variopinte, in modo tale che potessero quasi sembrare una femmina di fagiano. Per alcuni giorni le nutriva con del cibo posto in comune, cioè gettando del cibo in modo tale che il fagiano, facendo passare il collo attraverso il graticcio, potesse gozzovigliare nel banchetto delle galline. PANF. Per quale motivo non vi era ammesso? LONG. Innanzitutto in questo modo imparano a familiarizzare con le galline, inoltre non possono essere molesti, in quanto vengono ostacolati dal recare danno come se si trovassero in un carcere. D'altra parte quando sono imprigionati diventano talmente feroci da non risparmiare neppure un pavone in quanto, in quattro e quatt'otto, lo fanno a pezzi con la bocca. Ma quando è diventato più mite, dopo alcuni giorni che è entrato in familiarità con le galline, ne viene messa dentro una che colui ha visto avere col fagiano maggiore intimità rispetto alle altre, e viene dato del cibo in quantità maggiore. PANF. Che cosa avverrà delle altre? LONG. Per lo più è solito sgozzare la prima: ma affinché il responsabile del pollaio non venga privato di ogni sua speranza, le altre le tiene di riserva. PANF. Cosa accadrebbe se la situazione diventasse molto grave e ne sopravvivesse una sola come speranza del gruppo? LONG. Allora, dopo aver acchiappato il malfattore, con un ferro rovente gli strofinano il becco e gli lavano le narici con acquavite*. PANF. Che cura alla maniera di Apicio*! LONG. Quando ritengono che le galline ne sono state rese gravide, subito si mette in atto una separazione, e gli si mette insieme una nuova concubina, che desiderano vivamente venga da lui trattata come se fosse una moglie. Infatti nutrono la moglie affinché deponga le uova. Ma tutte le uova che ha deposto vengono date da covare ad altre galline. PANF. Forse non sono molto diverse dalle altre uova di gallina. LONG. A dire il vero sono diffusamente macchiate da punti neri, e sono di gran lunga più grandi e di aspetto migliore. Ma una volta che, dopo aver preso vita, si sono schiuse, i pulcini vengono allevati separatamente dalla gallina: soprattutto con un pastone di quel frumento triangolare che abitualmente e giustamente

⁷⁷² L'acqua di vita - eau de vie - era anche detta vin distillé oppure vin sublimé in *Quatre livres des secrets de médecine, et de la philosophie chymique* (Lione, 1593). Per cui non si può escludere che il vinum Chymicum di Longolius da introdurre nelle narici del fagiano malfattore altro non fosse che acquavite, che ovviamente è assai irritante per la mucosa nasale, tanto quanto il ferro rovente per il becco.

⁷⁷³ Tutte queste modificazioni dell'aspetto delle uova deposte dalla gallina che si accoppia col fagiano mi suona come una mera invenzione di Longolius al solo scopo di enfatizzare l'adulterio perpetrato della gallina nei confronti del genere *Gallus* cui appartiene. Io non ho mai creato ibridi di fagiano con gallina* B.XV.02.0.htm, ma dubito molto assai che il potere dello sperma del fagiano giunga al punto di modificare le caratteristiche fenotipiche del guscio dell'uovo deposto dalla sua concubina, tanto da renderlo simile all'uovo di una fagiana. Le modificazioni riguardano solamente il corredo cromosomico dell'embrione, non il fenotipo del guscio né la volumetria dell'uovo. La volumetria dell'uovo deposto da una singola gallina - dedita o non dedita all'adulterio - non è mai costante in modo assoluto, in quanto esistono delle piccole oscillazioni, talora apprezzabili, altre volte insignificanti.

⁷⁷⁴ Gisbert Longolius a pagina 31 del *Dialogus de avibus et earum nominibus Graecis, Latinis, et Germanicis* (Colonia, 1544) presenta il seguente testo: Maxime polentas illius frumenti triangularis, quod vulgo non inepte fagotriticum vocant, quod semen fago farinae triticiae perquam similis sit:[...]. - Si emenda in un modo che forse non è corretto, ma qualcosa non gira nella sintassi sia di Longolius che di Gessner, il quale forse ha compreso il discorso di Longolius anche se sintatticamente non corretto a causa di un *similis* invece di *simile* riferito a *semen*.

enim maxime delectantur, et ad incrementa proficiunt. PAMP. Non tamen fieri credo, ut per omnia patri similes sint. LONG. Non sunt: verum qui fucum istum non novere, fraudem [429] non facile sentiunt. Porro foeminae ex hoc seminio procreatae, cum ad patrem admittuntur, primo aut secundo partu, genus ad unguem propagant. PAMP. Mirum ergo mihi, non omnia aviaria phasianis esse plena. LONG. Non dubito magnum proventum cuius etiam polliceri, modo neque laboris sit impatiens, et sumptus magnos ferre possit. Cogitur enim paupertinos aliquot alere, qui pro baccis quotidie in sylvam excurrant. Nam sine hijs nihil ab illis boni sperare licet, Haec omnia Longolius.

viene detto grano di faggio - grano saraceno*, perché il seme di questa farina di grano è assai simile alla faggina (cioè al seme del faggio*): e questo seme lo immergono nell'acqua presa dalle vasche dei fabbri e vi mescolano delle foglie fresche di aglio* tagliuzzate con dei coltellini: vi aggiungono anche dei frutti che sono avanzati dall'inverno. Infatti ne traggono estremo piacere e sono utili per la crescita. PANF. Tuttavia non credo che accada che siano in tutto e per tutto simili al padre. LONG. Non lo sono: a dire il vero quelli che non sono a conoscenza di questo trucco non si accorgono facilmente di questo inganno. Inoltre le femmine procreate attraverso questo incrocio, quando vengono messe in contatto col padre, al primo o al secondo parto riproducono la specie alla perfezione. PANF. Mi meraviglio pertanto del fatto che non tutte le uccelliere siano piene zeppe di fagiani. LONG. Non dubito che si tratti di un grande risultato da doverlo pure sbandierare, e neppure che sia sopportabile come lavoro, e che sia in grado di generare grandi spese. Infatti si è costretti a mantenere dei poveretti che tutti i giorni debbono andare in giro per i boschi per raccogliere dei frutti. Effettivamente senza questi frutti non è possibile sperare qualcosa di buono da loro - dai pulcini, tutto ciò lo scrive Longolius.

Pagina 429

Phasiani non modo e Media accersebantur: sed villaticae quoque gallinae ovis e phasiano mare conceptis copiam illorum praebebant, Ptolemaeus apud Athenaeum⁷⁷⁵.

¶ Exclutio ovorum absque incubatione. Si aut tempus sit bene temperatum, aut locus, in quo ova manent, tepidus, concoquantur et avium ova, et quadruped*<i>*um oviparorum sine parentis incubitu. haec enim omnia in terra pariunt, concoquanturque ova tepore terrae. nam si quae quadrupedes oviparae frequentantes fovent quae {a}ediderint ova, custodiae gratia potius id faciunt, Aristot.⁷⁷⁶ Et alibi⁷⁷⁷, Incubitu avium ova excludi naturae ratio est: non tamen ita solum ova aperiuntur,

I fagiani* erano fatti venire non solo dalla Media*: ma anche le galline da cortile ne offrivano in abbondanza attraverso le uova fecondate da un fagiano maschio, Tolomeo VII* in Ateneo*.

¶ SCHIUSA DELLE UOVA SENZA INCUBAZIONE. Se le condizioni meteorologiche sono alquanto miti oppure se il luogo in cui si trovano le uova è tiepido, non solo le uova degli uccelli giungono a maturazione senza che vengano covate da chi le ha deposte, ma anche quelle dei quadrupedi ovipari. Infatti tutti questi animali partoriscono per terra, e le uova si riscaldano grazie al tepore della terra. Infatti se alcuni dei quadrupedi ovipari, visitandole spesso, scaldano le uova che hanno deposto, lo fanno soprattutto per difenderle, Aristotele*. E in un punto scrive così: È una regola

⁷⁷⁵ *Deipnosophistai* XIV,69,654c. - La citazione è tratta dal XII libro delle *Memorie* - Ὑπομνήματα - di Tolomeo VII Evergete II.

⁷⁷⁶ *De generatione animalium* III,2 752b: Il piccolo dunque nasce quando, come si è detto, l'uccello lo cova. Nondimeno anche quando la stagione è temperata o soleggiato il luogo in cui si trovano deposte, sia le uova degli uccelli sia quelle dei quadrupedi ovipari giungono a cozione. Tutti questi depongono le uova al suolo ed esse giungono a cozione per effetto del calore della terra; quanti poi dei quadrupedi ovipari sono soliti covare, lo fanno soprattutto a scopo di difesa. (traduzione di Diego Lanza) § The chick then, as has been said, comes into being by the incubation of the mother; yet if the temperature of the season is favourable, or if the place in which the eggs happen to lie is warm, the eggs are sufficiently concocted without incubation, both those of birds and those of oviparous quadrupeds. For these all lay their eggs upon the ground, where they are concocted by the heat in the earth. Such oviparous quadrupeds as do visit their eggs and incubate do so rather for the sake of protecting them than of incubation. (translated by Arthur Platt - 1910)

⁷⁷⁷ *Historia animalium* VI,2 559a-559b: Le uova si schiudono in seguito alla cova da parte degli uccelli; possono tuttavia farlo anche spontaneamente al suolo, come in Egitto, se vengono immerse nel letame. E dicono che a Siracusa un ubriacone, messo delle uova in terra sotto la sua stuoia, continuò a bere ininterrottamente per tanto tempo che fece schiudere le uova. Ed è anche capitato che delle uova, poste in vasi caldi, maturassero e si aprissero spontaneamente. (traduzione di Mario Vegetti)

sed etiam sponte in terra, ut in Aegypto obruta fimo pullitium procreant. Et Syracusis potator quidam, ovis sub storea in terra positus, tandiu potabat, donec ova {a}ederent foetum. Iam vero et cum in vasis quibusdam tepidis (ἀλεεινοῖς) essent coniecta, sponte ova pullos prompsere. Caeterum Albertus pro recitatis iam postremis philosophi verbis, ita habet: Ovis positus in vasis calidis, superposita stupa calida, leni calore fovente et non adurente extrahuntur pulli. et praecipue calore vitali alicuius animalis, ut si in sinu hominis teneantur: aut si forte sub fimo calido ponantur, aut sub cineribus lente calefactis, aut aliquo huiusmodi. Ova quaedam et citra incubitum sponte naturae gignunt, ut in Aegypti fimetis. Scitum de quodam potore reperitur, Syracusis tandiu potare solitum, donec cooperta terra foetum {a}ederent ova. Quin et ab homine perficiuntur, Plinius⁷⁷⁸.

Et rursus, Livia Augusta ovum in sinu fovendo exclusit, (ut referetur infra in h.) inde fortasse nuper inventum ut ova in calido loco imposita paleis igne modico foverentur, homine versante pariter, ut stato tempore illinc erumperet foetus. Si gallina non incubet, hac industria complures habebis pullos. qua die incubanti gallinae ova subijcis, eadem stercus gallinaceum accipiens id ipsum contere, cribraque ac denique in vasa iniijce ventricosa, pennas illi gallinarum circumpone. posthaec autem, figura recta imposito ova, sic ut pars mucronata superne tendat, ac dein rursus ex eodem fimo tandiu illis inspergito, donec undique inducta videantur. At, ubi duos aut tres dies primos sic intacta esse ova permiseris, singulis postea diebus illa convertito, cavens ne contingantur mutuo, ut videlicet ex aequo incalescant. post vigesimam autem diem, dum sub gallina ova excludi incipiunt, invenies ea quae in alveis sunt circumfracta. Ob quam nimirum caussam etiam inscribunt diem qua supponuntur, ne dierum numerus ignoretur. Vigesima igitur die putamen extrahens, pullos in cophinum coniicito, eos alens delicatissime.

della natura che le uova degli uccelli si schiudano con la cova: tuttavia le uova si aprono non solo in questo modo, ma anche spontaneamente nella terra, come in Egitto dove danno luogo a una nidata di pulcini dopo essere state coperte con letame*. E a Siracusa un beone, dopo aver collocato delle uova in terra sotto a una stuoia, continuava a bere fin tanto che le uova non davano alla luce il feto. Ma anche quando erano poste in vasi tiepidi (*aleimōis*) hanno dato alla luce i pulcini da sole. Inoltre Alberto*, invece delle ultime parole testé riferite del filosofo, si esprime così: I polli vengono fatti nascere da uova messe in recipienti caldi con sopra della stoppa calda, riscaldando con del calore moderato e che non scotta. E soprattutto con il calore naturale di qualche animale, come se fossero tenute nel grembo di un essere umano: oppure se magari vengono poste sotto a dello sterco caldo, oppure sotto a ceneri lievemente riscaldate, o in un qualche modo siffatto. Alcune uova invece si schiudono naturalmente e spontaneamente senza incubazione, come nei letamai dell'Egitto. È risaputo che un bevitore a Siracusa era solito bere fintanto che le uova coperte di terra non si schiudevano. Anzi, vengono portate alla schiusa anche dall'essere umano, Plinio*.

E così prosegue: Livia Drusilla* - o Giulia Augusta - fece schiudere un uovo scaldandolo tra le mammelle (come si dirà più avanti nel paragrafo h), e forse da ciò recentemente si è scoperto come le uova disposte sulla paglia in un luogo caldo vengono riscaldate con poco fuoco, mentre un uomo contemporaneamente le rigira, di modo che al momento stabilito ne fuoriesca il feto. Se una gallina non cova, dandoti da fare come segue otterrai moltissimi pulcini. Quel giorno in cui metti sotto le uova a una gallina che cova, nello stesso giorno prendendo dello sterco di gallinacci triturato e passalo al setaccio e infine mettilo in vasi panciuti, e metti intorno allo sterco delle penne di gallina. Successivamente ci metterai sopra le uova in posizione dritta, in modo tale che la parte appuntita sia rivolta in alto, e quindi in aggiunta le cospergerai con lo stesso letame fintanto che non si presenteranno ricoperte da ogni parte. Ma dovrai permettere che i primi due o tre giorni le uova vi rimangano così senza essere toccate, successivamente tutti i giorni le dovrai rigirare, facendo attenzione che non si tocchino fra loro, evidentemente affinché si riscaldino in modo uniforme. Dopo il ventesimo giorno, quando sotto la gallina le uova cominciano a schiudersi, cercherai quelle incrinatae per tutta la loro circonferenza che si trovano nei recipienti concavi.

⁷⁷⁸ *Naturalis historia* X,153-154: Quaedam autem et citra incubitum sponte naturae gignunt, ut in Aegypti fimetis. Scitum de quodam potore reperitur Syracusis tam diu potare solitum, donec cooperta terra fertum ederent ova. [154] Quin et ab homine perficiuntur. Iulia Augusta prima sua iuventa Tib. Caesare ex Nerone gravida, cum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo atque, cum deponendum haberet, nutrice per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor; nec falso augurata proditur. Nuper inde fortassis inventum, ut ova calido in loco inposita paleis igne modico foverentur homine versante, pariterque et stato die illinc erumperet fetus.

Ascisce etiam gallinam, quae moderabitur omnia, Democritus in Geoponicis, Andrea a Lacuna interprete.

qui Graecam vocem γάστρας vasa ventricosa interpretatur, Cornarius ventricos: Hieronymus Cardanus qui hunc locum in libros de subtilitate transcripsit, pulvinaria, his verbis: Pulvinaria duo reple stercore gallinarum tenuissime trito, inde plumas gallinarum annecte consuendo utrique molles ac densas. ova vero capite tenuiore supra extante, colloca super alterum pulvinar. deinde reliquum superpone in loco calido. permittetque immota duobus diebus, post vero ad vigesimam usque diem illa sic verte, ut undique aequaliter foveantur, inde stata die, quae iuxta vigesimam primam est, pipillantes iam ex ovo sensim educito. Ego etsi hoc etiam modo ova excludi posse existimem: video tamen aliud sensisse Democritum verbis eius Graecis perpensis, et placet gastran vas ventricosum verti, ut primum in tale vas intelligamus fimum iniiciendum, tum super fimo imponendas plumas, (ut ἐπίβαλλε potius quam περίβαλλε legatur:) in plumis ova: postremo rursus fimum addendum donec contegantur ova. Erat et gaster⁷⁷⁹ vas, et gastrā⁷⁸⁰ fictilis Dioscoridi. sed et gasterium⁷⁸¹ vocat Aristophanes, servatque adhuc nomen, Caelius. huiusmodi est quod corrupta voce guiscardum⁷⁸² appellant Itali, ut quidam in Lexicon Graecolatinum retulit. Scaphos cavitatem navis vocat Thucydides, quam, inquit interpretes, gastéra dicimus, Caelius.

Τὸ μὴν ἔδαφος τῆς νεὸς κύτος, καὶ γάστρα καὶ ἀμφιμήτριον ὀνομάζεται, Pollux. Eustathius gastrā vocem factam ait ab

Appunto per questo motivo prendono anche nota del giorno in cui vengono messe a cova, affinché il numero dei giorni non rimanga sconosciuto. Pertanto al ventesimo giorno togliendo il guscio metterai i pulcini in una cesta grande, nutrendoli con mangime molto minuto. Prenditi anche una gallina, che dirigerà ogni cosa, Bolos di Mendes* nei *Geoponica* tradotto da Andrés Laguna*.

Il quale traduce la parola greca *gástras* - vasi a largo ventre - con *vasa ventricosa*, Janus Cornarius* con *ventriculos*, pance: Gerolamo Cardano*, che ha trascritto questo passo nei suoi libri del *De subtilitate*, con cuscini, e con queste parole: Riempi due cuscini con sterco di gallina ridotto in polvere: quindi applica ad ambedue i cuscini, cucendole, delle piume di gallina morbide e folte. Sopra a uno dei due cuscini colloca le uova ma con l'estremità più piccola che sporga verso l'alto. Quindi mettili sopra l'altro in un luogo caldo. E lascia che non vengano mosse per due giorni, poi fino al ventesimo giorno girale in modo tale che possano riscaldarsi da ogni lato in modo uniforme, quindi il giorno stabilito, che corrisponde a circa il ventunesimo, farai uscire delicatamente dall'uovo i soggetti che già pigolano. Sebbene io ritenga che le uova possono schiudersi anche in questo modo, tuttavia mi pare che Bolos di Mendes, dopo che le sue parole greche sono state esaminate con maggior attenzione, abbia voluto intendere un'altra cosa, e sono dell'avviso di tradurre *gástran* con *vas ventricosum* - vaso panciuto, in quanto intendiamo dire che per prima cosa in tale vaso bisogna metterci il letame, quindi sopra al letame bisogna porre delle piume (si legga *epiballe* - metti sopra - piuttosto che *periballe* - metti intorno) e nelle piume le uova: per ultimo bisogna aggiungere ancora del letame fintanto che le uova non sono ricoperte. Anche il *gastër* era un recipiente, e *gástra* per Dioscoride* era un vaso panciuto di terracotta. Ma Aristofane* lo chiama anche *gastèrion*, e ne conserva ancora il nome, Lodovico Ricchieri*. Corrisponde a ciò che gli Italiani chiamano guiscardo usando una parola alterata, come qualcuno ha riportato nel lessico greco-latino. Tucidide* chiama *skáphos* la parte cava di una nave, che, dice il traduttore, chiamiamo *gastéra* - cavità, Lodovico Ricchieri.

Τὸ μὲν ἔδαφος τῆς νεὸς κύτος, καὶ ἀμφιμήτριον ὀνομάζεται - In effetti il fondo della nave è detto sia cavità, sia pancia, sia *amphimètrion* - una cosa che circonda la cavità

⁷⁷⁹ Il sostantivo femminile γαστήρ significava per lo più ventre/pancia/stomaco, talora cavità.

⁷⁸⁰ Il sostantivo femminile γάστρα significava pancia/rigonfiamento, m anche vaso panciuto/marmitta.

⁷⁸¹ Thomas Cooper *Thesaurus Linguae Romanae et Britannicae*. GASTER, vel GASTERIUM. A certaine vessell. GASTRIMARGIA. Gluttonie: ingurgitation. (<http://archimedes.mpiwg-berlin.mpg.de>)

⁷⁸² In un italiano del 2007 secondo l'Accademia della Crusca (www.accademiadellacrusca.it) la parola *guiscardo*, 'astuto, scaltro', deriva dall'antico francese *guischart* di analogo significato. Nei dialetti siciliano e calabrese è presente anche la forma *biscardu* (cfr. anche l'italiano *biscardo*) con lo stesso significato. § Per www.santiebeati.it il nome di persona Guiscardo deriva dall'antico sassone *Visichart*, latinizzato in *Guiscardus*, e significa "forte, robusto". § Per il web il nome di persona Guiscardo deriva dal nome normanno *Wiscard* o *Wbiskard*, formato da *viska*, scaltrezza, e *hardbur*, forte.

accusativo *gástēra* per syncopen: et vulgo ab idiotis sic vocari fundum navis. Idem apud Homerum *gastram tripodis* interpretatur cavitatem tripodis aut fundum eius, Hesychio *gastra*, posterior pars femoris est. *Γάστρα, ἡ εἰς κύτος γεννηθεῖσα τοῦ λαιμοῦ*, Varinus. est autem locus, ut *uspisor*, corruptus.

Fertur in quadam regione inveniri homines, qui furnos ita temperate calefaciant, ut eorum calor par sit calori gallinae incubantis, et in furno seu clibano ponere quam plurimas plumas, et mille gallinacea ova, quae post viginti dies nascantur ac erumpant, Crescentiensis. In Aegypto circa Alcairum ova arte excluduntur: Clibanum parant cum multis foraminibus, quibus ova diversa gallinarum, anserum, et aliarum avium imponunt. tum fimo calido integunt clibanum: et si opus fuerit, ignem circumquaque faciunt: sic ova suo quaeque tempore maturescunt, ut serpentium apud nos per se in fimo calido, Tragus. Apud Aegyptios magna est copia pullorum gallinaceorum. nam apud eos gallinae sua ova non incubant, sed ea in clibanis tepore sensim adhibito ita foventur, ut mirabili arte compendioque pulli intra paucos dies progignantur simul et educantur, Paulus Iovius lib. 18. *historiarum sui temporis*.

¶ Pullorum recens exclusorum cura. Excusos pullos subducendum ex singulis nidis, et subijciendum ei, quae habeat paucos. Ab eaque si reliqua sint ova pauciora, tollenda, et subijcienda aliis, [430] quae nondum excuderint, et minus habent triginta pullos. Hoc enim gregem maiorem non faciendum, Varro⁷⁸³.

Gallinae quae paucis incubat, triginta tantum subijciendi sunt pulli, quandoquidem generi gallinarum res infensissima est frigus, Florentinus⁷⁸⁴. Veruntamen servare oportet

uterina, Giulio Polluce*. Eustazio di Tessalonica* dice che il termine *gástra* è derivato da *gástēra* - accusativo di *gastēr*, ventre/stomaco - attraverso una sincope*: e che comunemente dagli ignoranti viene così chiamato il fondo della nave. Parimenti in Omero* la *gastra tripodis* viene intesa come la cavità di un tripode - un vaso a tre piedi - o il suo fondo, per Esichio di Alessandria* *gástra* corrisponde alla parte posteriore della coscia - cavo popliteo. *Gástra, hē eis kýtos gennētheisa toū laimoū* - *gástra*, quella - parola - creata per designare la cavità della gola - retrofaringe, Guarino*. Ma, come sospetto, si tratta di una definizione non corrispondente al vero.

Si dice che in una località si trovano degli uomini che scaldano i forni in un modo così mite che la loro temperatura è equivalente al calore della gallina che sta covando, e che nel forno, o *klíbanos* in greco, mettono moltissime piume, e mille uova di gallina, che dopo venti giorni nascono e si schiudono, Pier de' Crescenzi*. In Egitto nei dintorni del Cairo le uova vengono fatte schiudere con abilità: Preparano un forno con molti fori sui quali posano diversi tipi di uova, di galline, di oche e di altri uccelli. Quindi ricoprono il forno con letame caldo, e se si rendesse necessario accendono un fuoco all'intorno, così ciascun uovo giunge a maturazione quando è il suo momento, come accade presso di noi per quelle di serpente che maturano da sole sul letame caldo, Tragus - Hieronymus Bock*. Presso gli Egiziani si trova una grande abbondanza di polli. Infatti presso di loro le galline non covano le proprie uova, ma nei forni, con un tepore usato con moderazione, vengono così riscaldate che con mirabile abilità e accorciamento dei tempi nel giro di pochi giorni vengono fatti nascere i pulcini, e allo stesso tempo vengono allevati, Paolo Giovio* nel 18° libro di *Historiarum temporis sui libri XLV*.

¶ CURA DEI PULCINI APPENA NATI. Bisogna togliere i pulcini appena nati dai singoli nidi e vanno messi sotto a quella chiocciola che ne ha pochi. Ma se le uova che rimangono sono piuttosto poche, bisogna togliergliele e metterle sotto ad altre galline che ancora non ne hanno fatte schiudere e che hanno meno di trenta pulcini. Infatti non si deve fare una covata più numerosa di questa, Varrone*.

Pagina 430

A una gallina che ne copre pochi - pulcini, bisogna metterle sotto non più di trenta pulcini, dal momento che il freddo è una cosa assai nociva per gli appartenenti al genere *Gallus*, Florentino*. Tuttavia bisogna porre un

⁷⁸³ *Rerum rusticarum* III,9,13: Excusos pullos subducendum ex singulis nidis et subijciendum ei quae habeat paucos; ab eaque, si reliqua sint ova pauciora, tollenda et subijcienda aliis, quae nondum excuderunt et minus habent triginta pullos. Hoc enim gregem maiorem non faciendum.

⁷⁸⁴ Questa citazione è tratta dalla traduzione dei *Geoponica* di Andrés de Laguna (1541). La traduzione di Janus Cornarius (1543) è molto più decifrabile e suona così: Et tamen ei quae paucos pullos habet, non plures quam triginta summittantur.

modum, neque enim debet maior esse quam triginta capitum. negant enim hoc amplioem gregem posse ab una nutriri, Columella. Pulli autem duarum aut trium avium exclusi, dum adhuc teneri sunt, ad unam quae sit melior nutrix, transferri debent, sed primo quoque die, dum mater suos, et alienos propter similitudinem dignoscere non potest, Idem⁷⁸⁵. Pullos autem non oportet singulos, ut quisque natus sit, tollere, sed uno die in cubili sinere cum matre, et aqua ciboque abstinere, dum omnes excludantur. Postero die, cum grex fuerit effoetus, hoc modo deponitur. Cribro vitiario, vel etiam loliario, qui (quod) iam fuerit in usu, pulli superponantur: deinde pulegii surculis fumigantur. Ea res videtur prohibere pituitam, quae celerrime teneros interficit. Post haec cavea cum matre claudendi sunt, et farre ordaceo cum aqua incocto, vel adoro farre vino resperso modice alendi. nam maxime cruditas vitanda est, et ob hoc tertia die cavea cum matre continendi sunt, priusque, quam emittantur, ad recentem cibum singuli tentandi, ne quid hesterni habeant in gutture: nam si vacua non est ingluvies, cruditatem significat, abstinereque debent, dum concoquant. Longius autem non est permittendum teneris evagari, sed circa caveam continendi sunt, et farina ordacea pascendi, dum corroborentur. Cavendumque ne a serpentibus adflentur, quarum odor tam pestilens est, ut interimat universos. id vitatur saepius incenso cornu cervino, vel galbano, vel muliebri capillo; quorum omnium fere nidoribus praedicta pestis submovetur.

Sed et curandum erit, ut tepide habeantur. nam nec calorem, nec frigus sustinent: Optimumque est {infra} <intra> officinam clausos haberi cum matre, et post quadragesimum diem potestatem vagandi fieri. Sed primis quasi infantiae diebus pertractandi sunt, plumulaeque sub cauda clunibus detrahendae, ne stercore coinquinatae durescant, et naturalia pracludant. Quod

limite, infatti - il gruppo - non deve essere maggiore di trenta soggetti. Dicono infatti che da una sola gallina non possa venir allevata una frotta maggiore di questo numero, Columella*. I pulcini nati sotto a due o tre galline, quando sono ancora dei neonati, debbono essere trasferiti a una sola che deve essere un'allevatrice piuttosto brava, e ciò deve avvenire al primo giorno di vita, quando la madre non è in grado di distinguere i suoi dagli intrusi per il fatto che si somigliano, ancora Columella. Non è buona cosa togliere i pulcini uno alla volta non appena sono nati, ma bisogna lasciarli nel nido insieme alla madre per un giorno intero, e debbono astenersi dall'acqua e dal cibo finché non sono nati tutti. Il giorno successivo, quando la nidiata sarà nata, la si sistema nel modo seguente. I pulcini vanno messi sopra a un setaccio per le vecchie* oppure per il loglio* che è già stato usato: quindi va loro fatto un suffumigio con ramoscelli di puleggio - *Mentha pulegium*, mentuccia*. Sembra che questa pratica impedisca la pipita* che uccide molto rapidamente i soggetti in tenera età. In seguito vanno rinchiusi in una gabbia insieme alla madre e sono da nutrire con moderazione con farina di orzo* cotta con acqua o con farina di frumento* cosparsa di vino. Infatti bisogna evitare il più possibile un'indigestione, e perciò debbono essere tenuti nella gabbia insieme alla madre fino al terzo giorno, e prima di essere lasciati andare alla ricerca di cibo fresco, vanno palpati uno per uno per assicurarsi che nel gozzo non abbiano nulla del giorno precedente: infatti se l'ingluvie non è vuota significa che non hanno digerito: e debbono astenersi dal cibo finché non abbiano completato la digestione. Mentre sono ancora piccolini non bisogna permettere che se ne vadano in giro troppo lontano, ma bisogna tenerli intorno alla gabbia e nutrirli con farina di orzo finché non saranno diventati più robusti. Bisogna anche fare attenzione che non siano raggiunti dall'alito dei serpenti, il cui olezzo è tanto pestilenziale da ucciderli tutti quanti. Ciò lo si evita bruciando piuttosto spesso del corno di cervo, o del galbano*, o dei capelli di donna; per lo più la suddetta calamità viene tenuta lontana dalle acri esalazioni di questi materiali.

Ma bisognerà pure porre attenzione che rimangano al tiepido: infatti non sopportano né il caldo né il freddo. Ed è un'ottima cosa tenerli chiusi nel pollaio insieme alla madre e che abbiano la possibilità di andarsene in giro dopo quaranta giorni - dalla nascita. Ma praticamente sin dai primi giorni della loro infanzia sono da prendere in mano e rimuovere il piumino dalle natiche sotto la coda affinché, sporco di sterco, non diventi duro occludendo così la cloaca. Anche se si

⁷⁸⁵ *De re rustica* VIII,5,7: Pulli autem duarum aut trium avium excusi, dum adhuc teneri sunt, ad unam quae est melior nutrix transferri debent, sed primo quoque die, dum mater suos et alienos propter similitudinem dinoscere non potest. Verumtamen servari oportet modum, neque enim debet maior esse quam triginta capitum. Negant enim hoc amplioem gregem posse ab una nutrir.

quamvis caveatur, saepe tamen evenit, ut alvus exitum non habeat: itaque pinna pertunditur, et iter digestis cibis praebetur, Columella⁷⁸⁶. Obijciendum pullis diebus quindecim primis mane subiecto pulvere (ne rostris noceat terra dura) polentam mistam cum nasturtii semine, et aqua aliquanto ante facta<m> intrita<m>, et ne tum deinde in eorum corpore turgescat, aqua prohibendum, Varro⁷⁸⁷.

Nutrimendum quo utuntur primis quindecim diebus, est farina mista cardami semini, ac vino perfusa cum aquae fervefactae portione⁷⁸⁸. porri⁷⁸⁹ etiam folia tenerrima cum caseo musteo contusa, illis porrigimus. Hordeum autem exactis duobus (sex, in Graeco codice. sed interpres mendum suspicatur⁷⁹⁰) mensibus offeratur, Didymus⁷⁹¹. Ut nutriantur pulli, accipiens hordeaceum fermentum, id, atque etiam furfur, aqua irrorato, Democritus. Recentes pulli ubi primum in corbem coniecti sunt, statim suspenduntur in tali loco, ubi

presta questa attenzione, tuttavia spesso accade che l'intestino non ha sfogo: e allora viene perforato con una penna, consentendo così la fuoriuscita ai cibi digeriti, Columella. Nei primi quindici giorni dà da mangiare al mattino della polenta d'orzo miscelata con semi di nasturtio* e inzuppata con acqua nonché preparata alquanto prima, mettendoci sotto della polvere (affinché la dura terra non nuoccia ai becchi), e quindi, affinché non si gonfi all'interno del loro corpo, bisogna tenerli lontano dall'acqua, Varrone*.

Il nutrimento di cui si servono nei primi quindici giorni consiste in farina mischiata a semi di crescione* e inzuppata di vino insieme a una dose equivalente di acqua bollente. Offriamo loro anche delle foglie molto tenere di porro* pestate insieme a formaggio fresco. Ma passati due mesi (sei, nel codice greco, ma il traduttore sospetta si tratti di un errore) si dia dell'orzo. Didimo - un geonico*. Per nutrire i pulcini, prendi dell'orzo fermentato e irroralo con acqua insieme a della crusca, Bolos di Mendes*. I pulcini appena nati, non appena sono stati messi in una cesta, vengono subito sospesi in un luogo in cui possano ricevere un fumo tenue. Ma nei

⁷⁸⁶ *De re rustica* VIII,5,15-20: Pullos autem non oportet singulos, ut quisque natus sit, tollere, sed uno die in cubili sinere cum matre et aqua ciboque abstinere, dum omnes excudantur. Postero die, cum grex fuerit effectus, hoc modo deponatur: [16] cribro viciario vel etiam loliario, qui iam fuerit in usu, pulli superponantur, deinde pulei surculus fumigentur. Ea res videatur prohibere pituitam, quae celerrime teneros interficit. [17] Post hoc cavea cum matre cludendi sunt, et farre hordeaceo cum aqua incocto vel adoreo farre vino resperso modice alendi. Nam maxime cruditas vitanda est. Et ob hoc iam tertia die cavea cum matre continendi sunt, priusque quam emittantur ad recentem cibum, singuli temptandi ne quid hesterni habeant in gutture. Nam nisi vacua est ingluvies, cruditatem significat, abstinere debent dum concoquant. [18] Longius autem non est permittendum teneris evagari, sed circa caveam continendi sunt et farina hordeacea pascendi, dum corroborentur; cavendumque ne a serpentibus adflentur, quarum odor tam pestilens est ut interimat universos. Id vitatur saepius incenso cornu cervino vel galbano vel muliebri capillo, quorum omnium fere nidoribus praedicta pestis summovetur. [19] Sed et curandum erit ut tepide habeantur, nam nec calorem nec frigus sustinent. Optimumque est intra officinam clausos haberi cum matre, et post quadragesimum diem potestatem vagandi fieri. Sed primis quasi infantiae diebus pertractandi sunt, plumulaeque sub cauda clunibus detrahendae, ne stercore coinquinatae durescant et naturalia praeccludant. [20] Quod quamvis caveatur, saepe tamen evenit ut alvus exitum non habeat. Itaque pinna pertunditur, et iter digestis cibis praebetur.

⁷⁸⁷ *Rerum rusticarum* III,9,13: Obijciendum pullis diebus XV primis mane subiecto pulvere, ne rostris noceat terra dura, polentam mixtam cum nasturtii semine et aqua aliquanto ante factam intritam, ne tum denique in eorum corpore turgescat; aqua prohibendum.

⁷⁸⁸ La traduzione di Janus Cornarius di questo passo dei *Geoponica* (1543) suona in modo alquanto diverso da quella di Andrés de Laguna (1541) circa le modalità di preparazione del cibo. Infatti Cornarius dice: Cibus quidem quindecim diebus capiunt, polentam cum nasturtii semine vino et aqua macerato, aut etiam cocto.

⁷⁸⁹ Vedi il lessico alla voce Aglio e Cipolla*. - Dell'impiego del porro di Taranto ne parla Columella quando detta le regole alimentari dei pulcini di pavone. Il porro di Taranto è il *Porrum sectivum* di *De re rustica* XI 3.30 (cfr. anche X 371), di cui si mangiavano solo le foglie, e veniva indicato per le affezioni polmonari, per la gola e per la tosse: Nerone ne faceva una cura regolare, all'olio, per la sua voce (cfr. Plinio, XIX 108). Ecco il testo di Columella relativo ai pulcini di pavone, *De re rustica* VIII,11,14: Sed cum erunt editi pulli, similiter ut gallinacei primo die non moveantur, postero deinde cum educatrice transferantur in caveam. Primisque diebus alantur hordeaceo farre vino resperso, nec minus ex quolibet frumento cocta pulcicula et refrigerata. Post paucos deinde dies huic cibo adiciendum erit concisum porrum Tarentinum et caseus mollis vehementer expressus. nam serum nocere pullis manifestum est.

⁷⁹⁰ Il codice greco di Didimo potrebbe essere stato esatto, cioè indicare 6 mesi e non 2. Infatti Columella a proposito dei pulcini di pavone, che vanno nutriti come quelli di gallina, dice che l'orzo lo si dà loro al sesto mese quando si smette di nutrirli con cavallette (*De re rustica* VIII,11,15): Lucustae quoque pedibus adeptis utiles cibandis pullis habentur. Atque his pasci debent usque ad sextum mensem, postmodum satis est hordeum de manu praebere.

⁷⁹¹ Didimo di Alessandria, vissuto presumibilmente nel sec. VI dC, la cui opera - *Περὶ γεωργίας ἐκλογαί* - servì come fonte alla *Geoponica* che ci è stata tramandata, per esempio, dal codice marciano 524 (della Biblioteca Marciana o biblioteca nazionale di Venezia), sotto il nome di Cassiano Basso (in realtà una compilazione bizantina del sec. X, realizzata per iniziativa dell'imperatore Costantino VII Porfirogenito*). La prima edizione moderna, con traduzione latina e commento, si deve a I.N.Niclas, 1781. § L'aggettivo greco *didymos* significa duplice, doppio, nonché gemello. Il plurale sostantivato indica non solo due fratelli gemelli, ma anche i testicoli. Infatti l'epididimo è quella formazione allungata situata sulla parte postero-superiore del testicolo che costituisce la porzione iniziale delle vie spermatiche, per poi continuarsi nel condotto deferente.

levem fumum excipiant. Alimentum autem duobus primis diebus non sumunt. Vas porro in quo illis apponitur nutrimentum, fimum bubulum in se contineat, (βολβίτω κλεῖε, bubulo stercore claudatur, ut Cornarius vertit.) Didymus. Asinum sive equinum stercus, in vasa capacia iniicito, ex quo decem diebus exactis nascentur vermes pullorum nutritioni percommodi, Democritus.

Quando de clunibus coeperint habere pinnas, e capite, et e collo eorum crebro eligendi pedes. Saepe enim propter eos consenescent. Circum caveas eorum incendendum cornu cervinum, ne qua serpens accedat: quarum bestiarum ex odore solent interire. Prodigendi in solem et sterquilinum, ut se volutare possint, quod ita alibiores fiunt. Neque pullos tantum, sed omne ὀρνιθοβοσκεῖον cum aestate, tum utique cum tempestas est, molle, atque apricum eligi debet intento supra rete, quod prohibeat eas extra septa volare, et in eas involare extrinsecus accipitrem, aut quid aliud. Evitare item caldorem, et frigus oportet, quod utrunque his adversum. Cum iam pinnas habebunt, consuefaciendum, ut unam aut duas gallinas sectentur. Caeterae ut potius ad pariendum sint expeditae quam in nutricatu occupatae, Varro⁷⁹². Ut pulli multum et cito crescant: Testas e quibus emergerunt pulli, tunica interiore dempta, contritas, cum sale et ovo cocto duro miscebis, et pullis primi alimenti loco appones, Innominatus.

¶ Servatio ovorum. Ova in lomento servari utilissimum, Plinius⁷⁹³. aut hyeme in paleis, aestate in furfuribus, Idem et Leontinus. Ut primum emissa sunt ova, statim reponenda sunt in vasis cum fufure, Florentinus. Qui ova diutius servare volunt, perfricant sale minuto, aut muria: atque ita sinunt tres aut quatuor horas, eaque abluta condunt in furfures aut acus, Varro⁷⁹⁴. Aliqui aqua abluentes ova, ea sale minutissimo inducunt, (καταπλάττουσι, malim καταπάττουσι id est conspiciunt) et

primi due giorni non assumono cibo. Inoltre il recipiente nel quale viene loro dato il nutrimento deve contenere dello sterco bovino (*bolbító, kleíte*, deve essere tappato con sterco bovino, come traduce Janus Cornarius*), Didimo. Metti dentro a dei grossi recipienti dello sterco d'asino oppure di cavallo, dal quale, trascorsi dieci giorni, nasceranno dei vermi molto adatti per nutrire i pulcini, Bolos di Mendes.

Quando dalle natiche cominceranno a spuntare le piume, frequentemente i pidocchi* vanno loro tolti dalla testa e dal collo. Spesso infatti a causa di essi si indeboliscono. Intorno ai loro recinti bisogna dar fuoco a del corno di cervo affinché in qualche modo non ci entri un serpente: a causa dell'odore di questi animali sono soliti morire. Si deve mandarli al sole e nel letamaio affinché possano rotolarsi, in quanto in questo modo vengono allevati meglio. E non solo i pulcini, ma tutto quanto il pollaio, sia d'estate, sia specialmente quando fa brutto tempo, si deve scegliere un luogo lievemente ondulato ed esposto al sole stendendovi sopra una rete che impedisca a questi uccelli di volare fuori dai recinti, e che da fuori voli loro addosso uno sparviero* o qualcos'altro. Parimenti è necessario evitare il calore e il freddo, in quanto ambedue sono loro nocivi. Quando avranno già le penne, bisognerà abituarli a seguire una o due galline. Affinché le altre siano libere a deporre uova anziché occupate nell'allevarli, Varrone. Affinché i pulcini crescano parecchio e in fretta: Dopo aver rimosso la membrana interna, mescolerai i gusci trituriati dai quali i pulcini sono usciti con sale e uovo duro cotto, e li darai da mangiare ai pulcini come primo alimento, un autore anonimo.

¶ CONSERVAZIONE DELLE UOVA. È molto utile che le uova vengano conservate in farina di fave, Plinio*. Oppure nella paglia in inverno, d'estate nella crusca, ancora lui e Leontino - un geponico. Le uova, non appena sono state deposte, sono subito da mettere in vasi con della crusca, Florentino. Coloro che vogliono conservare le uova più a lungo le sfregano con del sale fine oppure con della salamoia: e le lasciano così per tre o quattro ore e dopo averle lavate le dispongono nella crusca oppure nella pula, Varrone. Alcuni, lavando le uova con acqua, le ricoprono con sale finissimo

⁷⁹² *Rerum rusticarum* III,9,14-15: Qua de clunibus coeperint habere pinnas, e capite, e collo eorum crebro eligendi pedes; saepe enim propter eos consenescent. Circum caveas eorum incendendum cornum cervinum, ne quae serpens accedat, quarum bestiarum ex odore solent interire. Prodigendae in solem et in stercilinum, ut volutare possint, quod ita alibiores fiunt; [15] neque pullos, sed omne ornithoboscion cum aestate, tum utique cum tempestas sit mollis atque apricum; intento supra rete, quod prohibeat eas extra saepta evolare et in eas involare extrinsecus accipitrem aut quid aliud; evitantem caldorem et frigus, quod utrumque iis adversum. Cum iam pinnas habebunt, consuefaciendum ut unam aut duas sectentur gallinas, ceterae ut potius ad pariendum sint expeditae, quam in nutricatu occupatae.

⁷⁹³ *Naturalis historia* X,167: Ova aceto macerata in tantum emolliuntur, ut per anulos transeant. Servari ea in lomento aut hieme in paleis, aestate in furfuribus utilissimum. Sale exinaniri creduntur.

⁷⁹⁴ *Rerum rusticarum* III,9,12: Qui haec volunt diutius servare, perfricant sale minuto aut muria tres aut quatuor horas eaque abluta condunt in furfures aut acus.

malim καταπάττουσι, id est conspergunt,) et sic conservant. Nec desunt qui tres horas aut quatuor, ova ipsa in tepidam salsuginem infundentes, eaque postea eximentes in furfure aut paleis reponunt, Leontinus. Ovorum quoque longioris temporis custodia non aliena est huic curae: quae commode servantur per hyemem, si paleis obruas, aestate si furfuribus. Quidam prius trito sale sex horis adoperiunt: deinde eluunt, atque ita paleis, aut furfuribus obruunt: nonnulli solida, multi etiam fresa faba coagulant; alii salibus integris adoperiunt. Alii muria tepefacta durant. Sed omnis sal quemadmodum non patitur putrescere, ita minuit ova, nec sinit plena permanere, quae res ementem deterret. Itaque ne in muriam quidem qui dimittunt, integritatem ovorum conservant, Columella⁷⁹⁵ et Leontinus. Sale exinaniri creduntur, Plinius⁷⁹⁶. Ova recentiora quidam servari aiunt frumenti genere quod secale vocant, nostri roggen: vel cinere, ita ut acutior pars ovi inferior sit, tum rursus secale aut cinerem superinfundunt.

(*katapláttonsi* - le spalmano, preferirei *katapáttonsi*, cioè, le cospargono) e le conservano così. Nè mancano quelli che tenendo a bagno le uova per tre o quattro ore in acqua salata tiepida, e quando poi le tolgono le ripongono nella crusca o nella paglia, Leontino. Anche la conservazione delle uova per un tempo piuttosto lungo non è estranea al seguente modo di prendersene cura: esse si conservano bene durante l'inverno se le ricopri con la paglia, in estate con la crusca. Alcuni dapprima le ricoprono per sei ore con sale fine: quindi le lavano e poi le ricoprono con paglia o crusca: alcuni le ammonticchiano con fave intere, molti anche con fave macinate, altri le ricoprono con sale grosso. Altri le fanno indurire con salamoia tiepida. Ma qualsiasi tipo di sale, così come non lascia impurificare le uova, allo stesso modo le riduce di peso e non permette che rimangano piene, e ciò allontana chi deve comprarle. Pertanto neppure coloro che le mettono in salamoia conservano l'integrità delle uova, Columella. Alcuni dicono che le uova più recenti vanno conservate con un tipo di frumento che chiamano segale*, i nostri la chiamano Roggen: oppure con della cenere, in modo tale che la parte più appuntita dell'uovo si trovi in basso, quindi vi mettono sopra ancora della segale o della cenere.

Pagina 431

¶ Nonnulli purgant domunculas gallinarum et nidos, ipsasque aves sulphure, asphalto, picea, [431] (πεύκαις.)⁷⁹⁷ sed et ferri laminam aut

¶ Alcuni purificano le cassette delle galline e i nidi nonché gli uccelli stessi con zolfo*, bitume*, colofonia* (*peúkais* - con torce di legno di pino) ma mettono nei

⁷⁹⁵ *De re rustica* VIII,6,1-2: Ovorum quoque longioris temporis custodia non aliena est huic curae; quae commode servantur per hiemem, si paleis obruas, aestate, si furfuribus. Quidam prius trito sale sex horis adoperiunt, deinde eluunt, atque ita paleis ac furfuribus obruunt. Nonnulli solida, multi etiam fresa faba coagulant, alii salibus integris adoperiunt, alii muria tepefacta durant. [2] Sed omnis sal, quemadmodum non patitur putrescere, ita minuit ova, nec sinit plena permanere, quae res ementem deterret. Itaque ne in muriam quidem qui demittunt, integritatem ovorum conservant.

⁷⁹⁶ *Naturalis historia* X,167: Ova aceto macerata in tantum emolliuntur, ut per anulos transeant. Servari ea in lomento aut hieme in paleis, aestate in furfuribus utilissimum. Sale exinaniri creduntur.

⁷⁹⁷ La fonte da cui Gessner trae i brani dei Geoponici è rappresentata dalla traduzione latina di Andrés de Laguna (1541). Dobbiamo tuttavia riconoscere che la traduzione di Janus Cornarius* (1543) è assai più intelligibile, in quanto certi termini di Laguna avrebbero bisogno di una lunga disquisizione per poterne ricavare l'esatto significato. Una riprova che anche Gessner non si fidasse della traduzione di Laguna è il fatto che offre al lettore il termine greco *πεύκαις*, lasciandolo pienamente libero di interpretarselo. Il primo pretesto per una lunga disquisizione è *asphaltum* che giustamente Cornarius rende con *bitumine*, cui fa seguito il greco *peúkais* che Laguna, nonostante sia un plurale, traduce col singolare *picea*, mentre Cornarius lo traduce col plurale *tedis*. Il vocabolo greco femminile *peúké* significa pino di varie specie, e il latino *picea* significa pino selvatico (si pensi alla *Picea excelsa* o *Picea abies*, abete rosso* o peccio), ma *peúké* è poi passato a indicare un oggetto in legno di pino, quindi la torcia. È assai probabile che Leontino prescrivesse di dare una pennellata di fuoco - non certo alle galline, bensì ai pidocchi che talora pullulano nei pollai, nonché a virus e batteri ancora sconosciuti a quei tempi - servendosi di torce, *tedis* come traduce Cornarius, confezionate con legno resinoso di pino. Se dobbiamo tradurre *picea* di Laguna in un modo da poterci adeguare a come lo zolfo si presenta (bisogna spargerlo con le mani o con un attrezzo idoneo), dobbiamo rendere *picea* con pece greca o colofonia, residuo della distillazione della trementina. § Ecco l'equivalente testo di Janus Cornarius: Aliqui domunculas et nidos purgant, imo etiam ipsas gallinas sulphure et bitumine et tedis. Sed et ferri laminam aliquam, aut clavorum capita, et lauri ramulos nidis imponunt. Haec enim adversus prodigiosos ac monstrosos partus auxiliaria pharmaca esse putantur. § Per comprendere la parte finale di questa citazione bisogna tenere presente che il titolo di questo capitolo (XI in Laguna, XVII in Cornarius) tratto dal libro XIV dei *Geoponica*, errori a parte, suona rispettivamente così: UT GALLINA MAGNA OVA EDANT. CAP. XI. EX LEONTINO. - UT GALLINA MAGNA OVA PARIAT, & DE CUSTODIA OVIORUM. LEONTIJ. CAP. XVII. § L'edizione in greco di Teubner ha le galline al plurale: ὄρνιθας μεγάλα ὠὰ τίκτειν, καὶ περὶ τῆς τῶν ὠῶν φυλακῆς. Λεοντίνου. (*Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De Re Rustica Eclogae* - recensuit Henricus Beckh - Teubner - Stoccarda e Lipsia - 1994 - pagina 417 - libro 14, capitolo 11) § *Leontij* di Cornarius non è in sé e per sé un errore:

clavorum capita atque lauri surculos imponunt nidis, ut quae ad arcenda prodigia (διοσημείας, tempestates⁷⁹⁸) omnia magnam vim habere videatur, Leontinus.

¶ Ius de carne salsa gallinis mortiferum existimatur. item liquor e vini aut eiusdem faecis vapore vi ignis collectus, ni fallor. ¶ Ut gallinae vertigine afficiantur, ὄρνιθας σκοτώσαι: Frumentum maceratum lasere et melle mixtis, obijcito, Berytius. videtur autem hoc fieri, non tantum ad gallinas, sed alias etiam aves, feras praesertim, capiendas. quanquam haec inter ea quae de gallinis scribuntur in Geoponicis Graecis legantur{.}<,> Andreas a Lacuna hoc fieri ait, ut gallinae vertiginosae non fiant⁷⁹⁹. quod ego probare non possum, cum neque verba Graeca sic habeant: neque talis aliqua laseris vis legatur apud scriptores, sed potius plerisque animalibus prope venenosa. Pecora enim tradunt eo sumpto cum aegrotant, aut sanari protinus, quod fere consequitur, aut emori. si quando inciderit pecus in spem nascentis, hoc deprehendi signo: ove, cum comederit, protinus dormiente, capra sternutante. serpentes avidissimas vini admistum rumpere. praecipitasse se quendam ex alto cum in dentium dolore cavis addidisset inclusum cera.

¶ Contra morbos gallinarum. Pullis iam validioribus factis, atque ipsis matribus etiam

nidi anche una lamina di ferro o teste di chiodi come pure dei rametti di alloro*, in quanto sembra che queste cose abbiano il grande potere di tenere lontani tutti i fenomeni prodigiosi (diosēmēias, le calamità), Leontinus - un geponico*.

¶ Il brodo ottenuto da carne salata è ritenuto letale per le galline. Parimenti il liquido ottenuto dal vino o dal vapore della sua feccia mediante il fuoco, se non erro. ¶ Affinché le galline vengano colte da vertigini, ὄρνιθας σκοτώσαι - Stordire gli uccelli: Dà da mangiare del frumento* macerato in una miscela di succo di silfio* e di miele, Berytius - un geponico. Ma sembra che ciò debba avvenire non tanto per catturare le galline, ma anche gli altri uccelli, soprattutto quelli selvatici. Anche se ciò lo si legge tra le cose che si scrivono nelle Geoponiche greche a proposito delle galline, Andrés de Laguna* dice che ciò lo si fa affinché le galline non vengano colpite da vertigini. Ma io non posso approvarlo, dal momento che né le parole greche esprimono ciò, né si legge presso gli scrittori che il silfio possiede un simile dote, ma piuttosto che per la maggior parte degli animali è quasi velenosa. Infatti dicono che il bestiame, quando sta male, dopo averlo assunto, o guarisce subito, il che per lo più accade, oppure muore. Qualora un animale si trovasse in attesa di un parto, lo si arguisce da questo segno: una pecora, dopo averlo mangiato, subito si addormenta, una capra starnutisce. Se mischiato fa scoppiare i serpenti che sono assai avidi di vino. Un tale si è precipitato dall'alto avendolo collocato incluso nella cera dentro alle carie durante un mal di denti.

¶ CONTRO LE MALATTIE DELLE GALLINE. Ai pulcini, quando si sono irrobustiti, e alle madri stesse, bisognerà

egli traduce Λεοντίου con *Leontij* in quanto nei *Geoponica* - per esempio, in apertura del libro I - lo stesso autore ricorre nelle vesti di Λεοντίου.

⁷⁹⁸ La proposta di Gessner di tradurre διοσημείας (segni di Zeus, presagi celesti) con *tempestates* (calamità) mi pare assai più confacente di quella di Laguna (*prodigia* - fenomeni prodigiosi, esseri mostruosi) e di Cornarius (*prodigiosos ac monstrosos partus* - deposizione di uova mostruose). Infatti costoro colgono solo parzialmente nel segno, in quanto le calamità che possono colpire un nido sono parecchie. Sappiamo appunto da Plinio che era buona cosa mettere nei nidi un chiodo di ferro per difendere gli embrioni dai tuoni. *Naturalis historia* X,152: Si incubitu tonuit, ova pereunt; et accipitris audita voce vitiantur. Remedium contra tonitrus clavus ferreus sub stramine ovorum positus aut terra ex aratro. - Se tuonerà durante l'incubazione, le uova si rovinano: e se hanno udito la voce del falco vanno a male. Un rimedio contro il tuono è rappresentato da un chiodo di ferro posto sotto la lettiera delle uova, oppure della terra presa dall'aratro. § Ecco il testo greco relativo a questa profilassi proposta da Leontinus: Ἄλλὰ καὶ σιδήρου ἔλασμα τι ἐντιθέασιν, ἢ κεφαλὰς ἤλων, καὶ δάφνης κλωνία ταῖς νεοττίαις. Δοκεῖ γὰρ ἀλεξιφάρμακον εἶναι πρὸς τὰς διοσημείας.

⁷⁹⁹ Forse senza saperlo, Gessner sta convalidando la traduzione di Janus Cornarius sul fatto di far venire le vertigini alle galline, contrapponendosi giustamente alla sua fonte dei *Geoponica*, Andrés de Laguna, che non si capisce da dove abbia tratto la negazione *non*. Però Gessner è più acuto da un punto di vista ornitologico: secondo lui ὄρνιθας può benissimo essere tradotto con galline, ma andrebbe soprattutto interpretato con uccelli in senso lato, puntualizzando che magari conviene rendere vertiginosi gli uccelli selvatici per poi riuscire a catturarli. § Ecco il testo completo di questo telegrafico capitolo presente nella traduzione dei *Geoponica* di Andrés de Laguna (1541): UT GALLINAE VERTIGINOSAE NON FIANTE. CAP. XIII. EX BERYTIO. Melle cui laser permistum sit, frumentum ungit, apponitoque. § La traduzione di Janus Cornarius (1543) suona così: UT GALLINAE TENEBRIS OFFUSIS VERTIGINOSAE FIANTE. BERYTIJ CAP. XIX. Laser et mel misceto, et in ipsis frumentum macerato, idque gallinis obijcito. § Ed ecco il testo greco tratto da *Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De Re Rustica Eclogae* (recensuit Henricus Beckh - Teubner - Stoccarda e Lipsia - 1994) pagina 419 - libro 14, capitolo 13: ὄρνιθας σκοτώσαι. Βηρυτίου. Λάσαρ μέλιτι μίξας βρέχε τὸν σῖτον, καὶ παράβαλε.

vitanda pituitae perniciēs erit. quae ne fiat, mundissimis vasis, et quam purissimam praebemus aquam. nam in cohorte per aestatem consistens, immunda, stercorosa, pituitam (coryzam, nostri vocant das pfipfe) eis concitat, Columella et Paxamus. Nec minus gallinaria semper fumigabimus, et emundata stercore liberabimus, Columella⁸⁰⁰. Inimicissima gallinaceo generi pituita, maximeque inter messis et vindemiae tempus, Plin.⁸⁰¹ Id vitium maxime nascitur cum frigore et penuria cibi laborant aves. item cum ficus aut uva immatura nec (videtur menda) ad satietatem permissa est, quibus scilicet cibis abstinendae sunt aves: eosque ut fastidiant efficit uva labrusca de vepribus immatura lecta, quae cum farre triticeo minuto cocta (Plinius simpliciter cibo incoctam dari iubet, alibi cum farre miscendam⁸⁰²) obijcitur esurientibus: eiusque sapore offensae aves, omnem aspernantur uvam, Columella⁸⁰³. Uvae florem in cibis si edere gallinacei, uvas non attingunt, Plinius (alibi⁸⁰⁴;) fortassis autem oenanthen⁸⁰⁵ e Graeco uvae florem transtulit. A Dioscoride quidem memoratur genus vitis sylvestris sterile, quod fructum non profert, sed florem tantum quem oenanthen vocant⁸⁰⁶. Similis ratio est etiam caprifici, quae decocta cum cibo praebet avibus, et ita fici fastidium creat, Columella. Praeservans contra coryzam seu gravedinem remedium: Origanum humectans (in aqua macerans) da bibendum, Leontinus.

¶ Gallinacei generis pituitae medicina in fame: et cubatus⁸⁰⁷ in fumo, si utique ex lauro et herba savina⁸⁰⁸ fiat, (savinae herbae fumi

evitare che si ammalino di quel disastro rappresentato dalla pipita*. Affinché essa non si verifichi, daremo da bere dell'acqua più pura possibile in recipienti estremamente puliti. Infatti durante l'estate rimanendo sporca e inquinata dalle feci in cortile, fa sorgere in essi la pituita (la corizza, i nostri la chiamano pfipfe), Columella* e Paxamus, un geonico. Per i polli la pipita è assai dannosa, specialmente nel periodo compreso tra la mietitura e la vendemmia, Plinio*. Questa malattia insorge soprattutto quando i volatili soffrono di freddo e di scarsità di cibo. Parimenti quando il fico* o l'uva non sono ancora maturi e non (sembra un errore) sono disponibili fino a saziarsene, cioè cibi dai quali i volatili debbono astenersi: e affinché ne provino un'avversione è efficace l'uva selvatica - o lambrusca*, raccolta acerba tra i cespugli spinosi, e quando hanno fame viene data da mangiare cotta con farina fine di grano* (Plinio consiglia semplicemente che venga data cotta nel cibo, in un altro passo di mescolarla con farro*): e i volatili, disgustati dal suo sapore, rifiutano ogni tipo di uva, Columella. I polli, se nei mangimi mangiano il fiore dell'uva, non aggrediscono l'uva, Plinio (in un altro passo), infatti forse ha tradotto fiore dell'uva dal greco *oinánthē*. In effetti da Dioscoride* viene menzionato un tipo sterile di vite selvatica il quale non fa frutti, ma solo un fiore che chiamano *oinánthē**. La stessa cosa si applica anche al caprifico* - o fico selvatico - il quale, ben cotto, viene dato da mangiare ai volatili, e così determina un'avversione per il fico, Columella. Rimedio profilattico del catarro o raffreddore: Dà da bere dell'origano* facendolo inumidire (facendolo macerare in acqua), Leontinus.

¶ Il rimedio contro la pipita dei polli consiste nel digiuno e nel dormire appollaiati in mezzo al fumo, specialmente se lo si fa con alloro e erba sabina* -

⁸⁰⁰ *De re rustica* VIII,5,20: Saepe etiam validioribus factis atque ipsis matribus etiam vitanda pituitae perniciēs erit. Quae ne fiat, mundissimis vasis et quam purissimam praebemus aquam. Nec minus gallinaria semper fumigabimus et emundata stercore liberabimus.

⁸⁰¹ *Naturalis historia* X,157: Inimicissima autem omni generi pituita maximeque inter messis ac vindemiae tempus. Medicina in fame et cubitus in fumo, utique si e lauro et herba sabina fiat, pinna per transversas inserta nares et per omnes dies mota; cibus alium cum farre aut aqua perfusus, in qua maduerit noctua, aut cum semine vitis albae coctus ac quaedam alia.

⁸⁰² *Naturalis historia* XIV,99: Universi numquam maturescunt, et si prius quam tota inarescat uva incocta detur cibo gallinaceo generi, fastidium gignit uvas adpetendi. - Roberto Ricciardi* afferma che non si trova in Plinio un passo in cui si parli della *labrusca cum farre*.

⁸⁰³ *De re rustica* VIII,5,23: Id porro vitium maxime nascitur cum frigore et penuria cibi laborant aves, item cum per aestatem consistens in cohortibus fuit aqua, item cum ficus aut uva immatura nec ad satietatem permissa est, quibus scilicet cibis abstinendae sunt aves. Eosque ut fastidiant efficit uva labrusca de vepribus immatura lecta, quae cum hordeo triticeo minuto cocta obijcitur esurientibus, eiusque sapore offensae aves omnem spernantur uvam. Similis ratio est etiam caprifici, quae decocta cum cibo praebet avibus, et ita fici fastidium creat.

⁸⁰⁴ *Naturalis historia* XXIII,12: Uvae florem in cibo si edere gallinacei, uvas non attingunt.

⁸⁰⁵ Il vocabolo greco di genere femminile *oinánthē* significa: gemma della vite, vite silvestre, fiore della vite, fiore della clematide.

⁸⁰⁶ Nell'edizione del *De materia medica* di Jean Ruel* del 1549, e di conseguenza in quella di Pierandrea Mattioli* del 1554, si parla della vite selvatica oenanthe nel libro V capitolo V.

⁸⁰⁷ Si accetta *cubatus* di Gessner anche se dovrebbe suonare *cubitus*. Lo si accetta in quanto l'infinito del verbo *cubo* è *cubare*, mentre il supino suona *cubitum*.

⁸⁰⁸ Per deferenza nei confronti di Gessner, e per il fatto che *savina* ricorre due volte di seguito, accettiamo questo termine al posto di *sabina*.

adversus hunc morbum vis alibi⁸⁰⁹ etiam ab eo celebrantur:) penna per transversas inserta nares, et per omnes dies mota. cibus allium cum farre: aut aqua perfusus, in qua laverit noctua: aut cum semine vitis albae coctus, et quaedam alia, Plin.⁸¹⁰ Idem ligustri acinos alibi hoc malum sanare docet, nimirum in cibo.⁸¹¹ Pituita gallinis nasci solet, quae alba pellicula linguam vestit extremam. haec leviter unguibus vellitur, et locus cinere tangitur, et allio trito plaga mundata conspergitur, Palladius⁸¹². Sunt qui spicas allii tepido madefactas oleo faucibus earum inferant, (inserant,) Columella⁸¹³. Alii mica (lego, spica) trita cum oleo faucibus inseritur, Palladius. Allia minutim scissa in calidum oleum injiciens, illis ubi refrixerint, ora gallinarum colluito. quod si illa etiam voraverint, efficacius restituentur, Paxamus. Allio rostri foramina inunge: aut in aquam ipsum allium conijciens, potandum dato, Leontinus. Aliqui in lotio humano elixantes allia, rostrum gallinae fovent: verum circumspecte, ne scilicet portio aliqua in oculos illabatur, Paxamus. Lotio ablue, (rostra nimirum et ora,) Leontinus. Quidam hominis urina tepida rigant ora, et tandiu comprimunt, dum eas amaritudo cogat per nares emoliri pituitae nauseam, Columella.

Uva quoque quam Graeci ἀγρίαν σταφυλήν vocant, (staphisagria, Pallad.⁸¹⁴) cum cibo (assidue, Palladius. sola, aut mista orobo,

Juniperus sabina - (il potere del fumo dell'erba sabina contro questa malattia viene decantato da Plinio anche in un altro passo), dopo aver inserito una penna messa di traverso nelle narici e muovendola tutti i giorni. Il cibo consiste in aglio* con farro, oppure inzuppato di acqua nella quale si sia bagnata una civetta*, oppure fatto cuocere con dei semi di vite bianca* - *Bryonia dioica*, e alcuni altri rimedi, Plinio. Sempre Plinio in un passo insegna che le bacche di ligustro* guariscono questa malattia, messi indubbiamente nel cibo. Nelle galline abitualmente si sviluppa la pituita, quella pellicola bianca che ricopre l'estremità anteriore della lingua. La si asporta delicatamente con le unghie e l'area viene spruzzata di cenere e la piaga, dopo essere stata ripulita, viene cosparsa con aglio trito, Palladio*. Alcuni mettono loro in bocca degli spicchi di aglio bagnati in olio tiepido, Columella. Viene messa in bocca una briciola (io dico uno spicchio) di aglio tritata con olio, Palladio. Ponendo dell'aglio finemente tritato in olio caldo, quando si è raffreddato applicalo nella bocca delle galline. In quanto, anche se lo mangiassero, guariranno più rapidamente, Paxamus. Strofini i fori del becco - le narici - con dell'aglio: oppure dallo da bere mettendo l'aglio stesso nell'acqua, Leontinus. Alcuni, facendo cuocere l'aglio in urina umana, fanno degli impacchi al becco della gallina: ma con cautela, cioè, affinché nulla di ciò vada a finire negli occhi, Paxamus. Lava con urina (indubbiamente il becco e la bocca), Leontinus. Alcuni bagnano la bocca con urina umana tiepida e la mantengono chiusa fino a quando il gusto amaro non le costringe a espellere attraverso le narici il fastidio provocato dalla pituita, Columella.

Giova anche l'uva che i Greci chiamano *agrían staphylèn* - *Bryonia alba** o brionia bianca (Palladio scrive staphisagria* - *Delphinium staphisagria*) mescolata al cibo (data con

⁸⁰⁹ *Naturalis historia* XXIV,102: Herba Sabina, brathy appellata a Graecis, duorum generum est, altera tamarici folium similis, altera cupresso; quare quidam Creticam cupressum dixerunt. A multis in suffitus pro ture adsumitur, in medicamentis vero duplicato pondere eosdem effectus habere quos cinnamum traditur. Collectiones minuit et nomas conpescit, inlita ulcera purgat, partus emortuos adposita extrahit et suffita. Inlinitur igni sacro et carbunculis cum melle; ex vino pota regio morbo medetur. Gallinacii generis pituitas fumo eius herbae sanari tradunt.

⁸¹⁰ *Naturalis historia* X,157: Inimicissima autem omni generi pituita maximeque inter messis ac vindemiae tempus. Medicina in fame et cubitus in fumo, utique si e lauru aut herba sabina fiat, pinna per transversas inserta nares et per omnes dies mota; cibus alium cum farre aut aqua perfusus, in qua maduerit noctua, aut cum semine vitis albae coctus ac quaedam alia.

⁸¹¹ *Naturalis historia* XXIV,74: Ligustrum si eadem arbor est, quae in oriente cypros, suos in Europa usus habet. sucus discutit nervos, articulos, algores; folia ubique veteri ulceri, cum salis mica et oris exulcerationi prosunt, acini contra phthiriasin, item contra intertrigines vel folia. Sanant et gallinaceorum pituitas acini.

⁸¹² *Opus agriculturae* I, XXVII *De gallinis*, 2: Pituita his nasci solet, quae alba pellicula linguam vestit extremam. Haec leviter unguibus vellitur et locus cinere tangitur et allio trito plaga mundata conspergitur. Item allii mica trita cum oleo faucibus inseritur: staphis agria etiam prodest, si cibus misceatur assidue.

⁸¹³ *De re rustica* VIII,5,21: Quod si tamen pestis permanserit, sunt qui micas alii tepido madefaciant oleo et faucibus inferant. Quidam hominis urina tepida rigant ora, et tamdiu comprimunt dum eas amaritudo cogat per nares emoliri pituitae nauseam. Uva quoque, quam Graeci agrían staphylèn vocant, cum cibo mixta prodest, vel eadem pertrita et cum aqua potui data.

⁸¹⁴ *Opus agriculturae* I, XXVII *De gallinis*, 2: Pituita his nasci solet, quae alba pellicula linguam vestit extremam. Haec leviter unguibus vellitur et locus cinere tangitur et allio trito plaga mundata conspergitur. Item allii mica trita cum oleo faucibus inseritur: staphis agria etiam prodest, si cibus misceatur assidue.

Paxamus⁸¹⁵) mista prodest. vel eadem pertrita, et cum aqua potui data, Columella⁸¹⁶. Munda etiam scilla, macerataque ex aqua, atque exhibita cum farina, idem praestat, Paxamus⁸¹⁷. Sunt qui ex origano, hyssopo et thymo suffimentum molientes, caput gallinae exponant ut fumum excipiat, alioque perfricent eius rostrum, Paxamus. Atque haec remedia mediocriter laborantibus adhibentur. nam si pituita circumvenit oculos, et iam cibos avis respuit, ferro rescinduntur genae, (scalpello aperiuntur quae sub gena consistunt partes, Paxamus,) et coacta sub oculis sanies omnis exprimitur. atque ita paulum triti (subtilissime, Paxamus) salis vulneribus infriatur, Columella⁸¹⁸. Vide supra etiam in C.

¶ Si pituita et sanies circumvenit oculos, etc. lege quae proxime retro ex Columella recitavimus. Si amarum lupinum comedant, sub oculis illis grana ipsa procedunt, quae nisi acu leviter apertis pelliculis auferantur, extinguunt (oculos, Crescentiensis, qui haec ita recitat, ac si remedia quae sequuntur, ex portulacae succo, etc. ad hunc ipsum affectum pertineant, quod mihi non probatur: et Paxamus etiam aliter habet,) {Columel.} <Palladius>. Oculos portulacae succo forinsecus, et mulieris lacte curemus: vel Ammoniaco sale, cui mel et cyminum aequale miscentur, (particulas affectas fovendo. caeterum ad umbram ducendae sunt, Paxamus,) Idem [Crescentiensis]⁸¹⁹.

assiduità, Palladio dice da sola, oppure come dice Paxamus mescolata alla veccia*). Oppure la stessa *agrìan staphylèn* - *Bryonia alba* o brionia bianca - finemente tritata e data da bere con acqua, Columella. Anche la scilla* - forse la *Scilla maritima* - ripulita e macerata in acqua, e data da mangiare con farina, ottiene lo stesso risultato, Paxamus. Alcuni allestendo un suffumigio a base di origano*, issopo* e timo*, vi piazzano la testa della gallina affinché ne riceva il fumo, e le sfregano con aglio il becco, Paxamus. Tuttavia questi rimedi vengono usati per soggetti poco ammalati. Infatti se la pipita ha circondato gli occhi e ormai il volatile rifiuta i cibi, si incidono le palpebre con un ferro (con un bisturi vengono aperte quelle aree che si trovano al di sotto della palpebra, Paxamus) e tutta la saniosità che si è raccolta sotto agli occhi viene spremuta. E successivamente viene sfregato sulle ferite un pochino di sale tritato (Paxamus dice che deve essere tritato molto fine), Columella. Vedi prima anche nel paragrafo C.

¶ Se la pipita e la saniosità ha circondato gli occhi, etc., vedi ciò che ho riferito poco fa da Columella. Se dovessero mangiare l'amaro lupino*, sotto ai loro occhi si formano delle granulosità, le quali, se non vengono asportate mediante un ago dopo aver aperto con delicatezza la pellicina che le ricopre, portano alla morte (mettono fuori uso gli occhi, dice Pier de' Crescenzi*, il quale riferisce così queste cose, e che se i rimedi che seguono, ottenuti dal succo della portulaca*, etc. sono indicati in questa stessa malattia, il che a me non sembra giusto: e anche Paxamus riferisce diversamente), Palladio. Dobbiamo curare gli occhi con applicazioni esterne di succo di portulaca e di latte di donna: oppure con cloruro d'ammonio* al quale vengono mescolati in parti eguali del miele e del cumino* (scaldando le piccole aree, inoltre - i polli - sono da condurre

⁸¹⁵ Anche Paxamus ha *stafis agrìa: καὶ σταφίς δὲ ἀγρία καταμόνας ἢ καὶ σὺν ὀρόβῳ μυχθεῖσα ὠφελεῖ*. (*Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De Re Rustica Eclogae* - recensuit Henricus Beckh - Teubner - Stoccarda e Lipsia - 1994)

⁸¹⁶ *De re rustica* VIII,5,21: Quod si tamen pestis permanserit, sunt qui micas alii tepido madefaciant oleo et faucibus inferant. Quidam hominis urina tepida rigant ora, et tandiu conprimunt dum eas amaritudo cogat per nares emoliri pituitae nauseam. Uva quoque, quam Graeci agrian staphylen vocant, cum cibo mixta prodest, vel eadem pertrita et cum aqua potui data.

⁸¹⁷ *Καὶ σκίλλα καθαρθεῖσα* [...]. (*Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De Re Rustica Eclogae* - recensuit Henricus Beckh - Teubner - Stoccarda e Lipsia - 1994) - Plinio *Naturalis historia* XIX,93: Proxima hinc est bullborum natura, quos Cato in primis serendos praecipit celebrans Megaricos. verum nobilissima est scilla, quamquam medicamini nata exacuendoque aceto. Nec ulli amplitudo maior, sicuti nec vis asperior. Duo genera medicae, masculae albis foliis, feminae nigris. Sed tertium genus est cibus gratum, Epimenidu vocatur, angustius folio ac minus asperum.

⁸¹⁸ *De re rustica* VIII,5,22: Atque haec remedia mediocriter laborantibus adhibentur. Nam si pituita circumvenit oculos et iam cibos avis respuit, ferro rescinduntur genae, et coacta sub oculis sanies omnis exprimitur. Atque ita paulum triti salis vulneribus infria[n]tur.

⁸¹⁹ Si tratta di una delle rare sviste di Gessner. Infatti la citazione non è tratta da Columella, bensì da Palladio, come specifica Pier de' Crescenzi a pagina 320 di *De omnibus agriculturae partibus et de plantarum et animalium generibus*, edizione di Basilea del 1548 del *Ruralium commodorum libri XII*: Si amarum lupinum comedant, sub oculis suis ipsa grana procedunt, ut ait Palladius, quae nisi acu leviter apertis pelliculis auferantur, oculos extinguunt, portulacae succus forinsecus et mulieris lacte curari eas affirmant, vel armoniaco sale, cui mel et cyminum aequaliter misceantur, pediculis etiam plurimum molestantur, et praecipue cum incubant, quos perimit staphisagria pariter infusa cum vino, et amari lupini aqua, si penetrat secreta pennarum. § Palladio *Opus agriculturae* I, XXVII *De gallinis*, 2-3: Si amarum lupinum comedant, sub oculis illis grana ipsa procedunt. Quae nisi acu leviter apertis pelliculis auferantur, extinguunt. [3] Oculos portulacae suco forinsecus et mulieris lacte curemus, vel ammoniaco sale, cui mel et cyminum aequale miscentur. Peduclos earum perimit stafis agrìa et torrefactum cyminum, parìa et pariter tunsã cum vino et amari lupini aqua, si

all'ombra, Paxamus), sempre Pier de' Crescenzi.

¶ Pediculos gallinarum (quibus plurimum infestantur, praecipue cum incubant, Crescent.) perimit staphisagria, et torrefactum cyminum pari pondere, et pariter tinsa cum vino: et amari lupini aqua, (sylvestris lupini decoctum in aqua, Paxamus,) si penetret secreta pennarum, Palladius et Paxamus. ¶ Diarrhoea correptas curabis, si farinae (ἀλφίτων. polentae, Cornarius⁸²⁰) quantum manu apprehendi possit tantundemque ex cera vino laevigans, atque pastam conficiens, ante alium cibum obtuleris devorandum: aut pomorum⁸²¹ etiam, [432] cydoniorumve decoctum bibendum. Quae mala, etiam sub cineribus cocta, auxiliantur, Paxamus.

¶ I pidocchi* delle galline (dai quali vengono parecchio infestate, specialmente quando covano, Pier de' Crescenzi) li fa morire la stafisagria e il cumino torrefatto in ugual peso, e pestati insieme con del vino: e l'acqua di lupino amaro (un decotto in acqua di lupino selvatico, Paxamus) se entra nei recessi delle piume, Palladio e Paxamus. ¶ Potrai curare quelle colpite da diarrea se rendendo omogeneo con del vino quanto di farina (*alphiton* - farina d'orzo - Cornarius lo traduce con polenta d'orzo) può essere preso con una mano e altrettanto di cera, e facendone un pastone lo darai da mangiare prima di qualsiasi altro cibo: o anche se darai da bere un decotto di mele oppure di mele cotogne*. Queste mele, anche fatte cuocere sotto le ceneri, sono d'aiuto; Paxamus.

Pagina 432

¶ Suo laeduntur stercore, quod cum pedibus uncis adhaesit podagram creat, Columella⁸²². ¶ Gallinae abortum non facient, si ovi luteum (alias album) assatum cum uvae passae (tostae) pari portione contusum, ante alium cibum porrexeris, Leontinus et Pamphilus⁸²³.

¶ Ricevono dei danni dal loro sterco che fa venire la podagra* - la pododermatite infettiva - dopo aver aderito alle zampe adunche, Columella*. ¶ Le galline non abortiranno se prima di un altro cibo darai loro il tuorlo dell'uovo (oppure l'albume) fatto friggere con uva passa (tostata) in dosi uguali e pestato, Leontinus e Pamphilus, geoponici*.

¶ De animalibus gallinaceo generi infestis, leges etiam supra in Gallo D. Ne gallinae a cat<t>is laedantur: Cat<t>us non invadit gallinam, si ruta agrestis sub eius (gallinae) ala appendatur, Africanus. Idem remedium etiam adversus vulpes et alias animantes gallinis noxias valere legimus⁸²⁴: et multo efficacius

¶ Sugli animali nemici dei polli potrai leggere anche quanto in precedenza riferito nel capitolo del gallo, paragrafo D. Affinché le galline non vengano lese dai gatti: Il gatto non assale la gallina se sotto la sua ala (della gallina) viene appesa della ruta selvatica*, Sesto Giulio Africano*, geoponico. Leggo che lo stesso rimedio è efficace contro le volpi e altri animali nocivi

penetret secreta pennarum. § A mio avviso le granulosità non sono un effetto dei lupini, bensì una manifestazione cutanea del difterovaiolo aviario. Vedi il lessico alla voce Pipita*.

⁸⁶⁶ Hadrianus Junius* - Adriaen de Jonghe - apre il capitolo XI DE CIBIS del suo *Nomenclator octilinguis: omnium rerum propria nomina continens*, proprio con ACROCOLIA anseris, trunculi *Celso*. {ἀκροκόλια} <ἀκροκόλια> χηνός. *Extremitates membrorum truncatae, quae inter ollicoqua exta elixari solent, piperato iusculo incocta*. Gansen gheroof, croost, afval, testament van de gans. § Quindi gli *akrokólia* possono essere o le zampe d'oca oppure i *trunculi suum* - gli zampini di maiale - di Celso, di cui parla nel libro II,20-22 del *De medicina*: [20] Boni suci sunt triticum, siligo, halica, oryza, amulum, tragum, tisana, lac, caseus mollis, omnis venatio, omnes aves, quae ex media materia sunt, ex maioribus quoque eae, quas supra nominavi; medii inter teneros duosque pisces, ut mullus, ut lupus; verna lactuca, urtica, malva, cucumis, cucurbita, ovum sorbibile, portulaca, cocleae, palmulae; ex pomis quodcumque neque acerbum neque acidum est; vinum dulce vel lene, passum, defrutum; oleae, quae ex his duobus in altero utro servatae sunt; vulvae, rostra, trunculique suum, omnis pinguis caro, omnis glutinosa, omne iecur. [21] Mali vero suci sunt milium, panicium, hordeum, legumina; caro domestica permacra omnisque caro salsa, omne salsamentum, garum, vetus caseus; siser, radica, rapa, napi, bulbi; brassica magisque etiam cyma eius, asparagus, beta, cucumis, porrus, eruca, nasturcium, thymum, nepeta, satureia, hysopum, ruta, anetum, feniculum, cuminum, anesum, lapatium, sinapi, alium, cepe; lienes, renes, intestina; pomum quodcumque acidum vel acerbum est; acetum, omnia acria, acida, acerba, oleum; pisces quoque saxatiles, omnesque, qui ex tenerrimo genere sunt, aut qui rursus nimium duri virosique sunt, ut fere quos stagna, lacus limosique rivi ferunt, quique in nimiam magnitudinem excesserunt [22] Lenes autem sunt sorbitio, pulcica, laganus, amyllum, tisana, pinguis caro et quaecumque glutinosa est; quod fere quidem in omni domestica fit, praecipue tamen in unguis trunculisque suum, in petiolis capitulisque haedorum et vitulorum et agnorum, omnibusque cerebellis; item qui proprie bulbi nominantur, lac, defrutum, passum, nuclei pinei. Acria sunt omnia nimis austera, omnia acida, omnia salsa, et mel quidem, quo melius est, eo magis. Item alium, cepa, eruca, ruta, nasturcium, cucumis, beta, brassica, asparagus, sinapi, radica, intubus, ocimum, lactuca, maximaque holerum pars.

⁸⁶⁷ I due sostantivi greci *chylós* e *chymós* sono sinonimi e significano succo, derivati ambedue dal verbo *chéo*, versare, spandere.

⁸⁶⁸ *Deipnosophistai* II,67,64 e-f. § Gessner omette le cipolle. Magari nella traduzione o nel testo greco a sua disposizione non erano presenti. Sta di fatto che nelle edizioni e nelle traduzioni a nostra disposizione la sequenza dei cibi che frenano l'ingordigia è la seguente: uova, cipolle, zampe, lumache - ὀψών, βολβών, ἀκροκωλίων, κοχλιών.

Marcellus {Vergilius} <Virgilius>. ¶ Ovum sorbibile cibus est levissimus, Galenus de dynamidiis⁸⁶⁹. Boni succi est, non calefacit, vires potest reficere acervatim, antiquitus sumebatur cum garo, lenit gutturis asperitates, Galenus in libris de compos. sec. locos. et alibi. Ovum sorbibile boni succi est, pituitam crassiorem facit, imbecillissimae materiae est (id est minimum alit. ut durum valentissimae) ovum molle vel sorbibile: eadem minime inflant, Celsus⁸⁷⁰. Ut sapidiora sint et citius e ventriculo descendant, modicum quid salis addendum est, Nic. Massa.

Multos vidi qui ex sorbilibus ovis molliorem ventrem habuere: et nonnullos qui uno etiam exhausto, quinquies vel sexies deicerent, Brasavolus. Ova mollia omnium praestantissima sunt ad nutriendum. sorbilia minus nutriunt, sed facilius subducuntur, et gutturis leniunt asperitates, Galenus et Symeon Sethi. Salubris est usus ovorum recentium fractorum (effusorum) in aquam (bullientem) et mollium, Elluchasem, Arnoldus de Villanova, et Symeon Sethi. Ova elixa in aqua cum testis suis, peiora sunt quam fracta in aqua. quia crassos et fumosos halitus testa cohibet. unde ex frequente eorum esu inflatio oritur, et stomachi ventrisque gravatio, Isaac. Et rursus, Ova in aqua fracta meliora sunt elixis in testa, quia calor aquae temperate penetrat, et crassas ovi partes subtiliat, et gravitatem odoris aufert. Et alibi, Ova in aqua sine testa cocta, naturalem suam humiditatem servant, et sui odoris gravitatem exuunt. Sed aliqui magis appetunt in testa sua cocta quam effusa, ex quorum numero se etiam fuisse scribit Ant. Gazius. Vitanda sunt ova cocta in ventribus gallinarum, et involuta (nescio quid sibi velit haec vox) et frixa, Arnoldus de Villanova.

Crassi succi sunt ova, quae vel elixa vel tosta, penitus densata sint. frixa etiam mali succi, fumosaeque in stomacho cocturae sunt, secum etiam admistos cibos corrumpentis. quapropter inter deterrimas earum rerum

potere nutritizio, Marcello Virgilio Adriani*. ¶ L'uovo à la coque è un cibo leggerissimo, Galeno nel *De alimentorum facultatibus*. È dotato di buon sapore, non riscalda, può ripristinare completamente le energie, nei tempi passati veniva assunto con salsa di pesce, allevia le irritazioni della gola, Galeno nel *De compositione medicamentorum secundum locos* e in altri trattati. L'uovo da sorbire ha un buon sapore, rende più grasso il catarro, l'uovo molle o da sorbire è costituito da materiale del tutto privo di energie (cioè nutre pochissimo; mentre quello duro è costituito da materiale molto energetico): le uova molli o da sorbire non danno praticamente gonfiore di pancia, Celso*. Affinché siano più saporite e scendano più rapidamente oltre lo stomaco bisogna aggiungervi pochissimo sale, Nicola Massa*.

Ho visto parecchie persone che in seguito alle uova à la coque hanno presentato l'intestino più sciolto: e alcuni che dopo averne bevuto anche uno solo hanno avuto scariche per cinque o sei volte, Antonio Brasavola. Le uova bazzotte sono le migliori di tutte da un punto di vista nutritizio. Quelle à la coque nutrono meno, ma vengono digerite più facilmente e danno sollievo alle irritazioni della gola, Galeno e Symeon Sethi*. Si rivela benefico l'impiego delle uova fresche rotte (riversate) in acqua (bollente) e di quelle bazzotte, Elimithar Elluchasem*, Arnaldo da Villanova* e Symeon Sethi. Le uova cotte in acqua con il loro guscio sono peggiori di quelle rotte in acqua. In quanto il guscio trattiene le esalazioni dense e fumose. Per cui dal fatto di nutrirsiene frequentemente ne scaturisce un gonfiore addominale e un pesantore di stomaco e di intestino, Isacco Giudeo*. E ancora: le uova rotte in acqua sono migliori di quelle bollite col guscio, poiché il calore dell'acqua penetra con effetto moderatore e rende fluide le parti dense, ed elimina la pesantezza dell'odore. E in un altro punto: le uova cotte in acqua senza guscio conservano la loro naturale umidità e si spogliano del loro odore pesante. Ma alcuni le preferiscono cotte nel loro guscio anziché riversate in acqua, al gruppo dei quali Antonio Gazio* scrive di aver appartenuto. Sono da evitare le uova cotte dentro alla pancia delle galline, e avvolte (non so cosa significhi questa parola) e fritte, Arnaldo da Villanova.

Hanno un sapore greve quelle uova che bollite o arrostate si sono a mala pena addensate. Anche quelle fritte hanno un cattivo sapore, ed essendo piene di fumi, a livello dello stomaco sono di difficile digestione, la quale altera anche i cibi che vi sono frammisti.

⁸⁶⁹ Il *De dynamidiis*, suddiviso in due libri, è attribuito a Galeno ma a quanto pare non era farina del suo sacco. Del primo libro si possiede solo un frammento. Completo è il secondo libro, ma è un *Liber magna ex parte ex Aetio desumptus, erroribus tamen plurimis scatens*. - Il titolo proviene dal greco *dynamis*, forza, e infatti in apertura del primo libro si legge: *Verum haec est virtutis demonstratio omnium medicamentorum, quae ad artis medicae scientiam pertinet*.

⁸⁷⁰ *De medicina* II,18,10: Tum res eadem magis alit iurulenta quam assa, magis assa quam elixa. Ovum durum valentissimae materiae est, molle vel sorbibile imbecillissimae. - II,26,2: Minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piscibus, pomis, oleis, conchyliisve, ovis vel mollibus vel sorbilibus, vino vetere. (Loeb Classical Library, 1935)

habentur, quae concoqui nequeunt. Mediocriter vero cocta, quae ideo tremula appellantur, ad concoctionem, digestionem, nutritionem, bonique succi generationem praestantiora, Galenus in libro de cibis boni et mali succi. Ova non obdurata multum alunt, Psellus. Molle ovum stomacho aptum est, Celsus.⁸⁷¹ Ova dura (ἑφθά καὶ ὀπτά, id est dura tum elixa tum assa) et ad coquendum sunt difficilia, et tardi transitus, (descensus,) crassiusque alimentum corpori tribuunt, Galenus et Symeon. Tarde et paulatim nutriunt, Galenus. Valentissimae materiae sunt, (id est plurimum alunt si concoquantur,) Celsus⁸⁷². Crassum et viscosum alimentum praebent, R. Moses. Ova obdurata, assa et frixa, difficulter concoquantur, Psellus. Duris in aqua coctis peiora habentur quae sub cineribus calidis induruerint. nam si quid habent humidi exiccatum est. et rursus his quoque peiora, quae in sartagine cocta induruere, Brasavolus. Ova dura vel fastidium movent, vel non cito descendunt, Elluchasem. Ova in aqua durata sunt fugienda in epilepsia, Galenus de puero epilept.

Monachus quidam Franciscanus cum in festo {paschatis} <Paschatis> collecta a se ova ad duritiem cocta, alba ac rubra (albumina et vitellos: solent enim eo tempore incisae minutatim utraeque hae partes in patinis digeri)⁸⁷³ ad saturitatem edisset, astricto ventre ut neque clysteribus neque medicamentis

Pertanto vengono ritenute come le peggiori tra le cose che non si riesce a digerire. Ma quelle poco cotte, che pertanto vengono dette tremule, sono migliori da un punto di vista digestivo, peptico, nutritivo, e per produrre del sangue buono, Galeno nel trattato *De probis pravisque alimentorum succis*. Le uova non sode nutrono parecchio, Michele Psello*. L'uovo bazzotto è adatto allo stomaco, Celso. Le uova dure (*hephthá kai optá*, cioè dure, sia bollite che arrostate) sono sia difficili da digerire che lente da far transitare (da far scendere), e forniscono al corpo un alimento piuttosto denso, Galeno e Simeon Sethi. Nutrono con ritardo e poco a poco, Galeno. Sono costituite da materiale molto energetico (cioè nutrono moltissimo se vengono digerite), Celso. Forniscono un alimento denso e viscoso, Rabbi Moses*. Le uova sode, arrostate e fritte vengono digerite con difficoltà, Michele Psello. Quelle fatte rassodare sotto le ceneri calde vengono ritenute peggiori di quelle cotte in acqua. Infatti se posseggono un po' di umidità, essa si è prosciugata. E ancora: sono anche peggiori di queste quelle uova che, cotte in padella, si sono poi rassodate, Antonio Brasavola. Le uova dure o provocano la nausea, oppure non scendono rapidamente lungo l'apparato digerente, Elimithar Elluchasem. Le uova rassodate in acqua sono da evitare in caso di epilessia, Galeno nel *Pro puero epileptico consilium*.

Un monaco francescano, dopo aver mangiato a sazietà in occasione della festività della Pasqua le uova da lui raccolte e che erano state cotte sode, bianche e rosse (gli albumi e i tuorli: infatti in quel periodo si ha l'abitudine di disporre nei piatti ambedue queste parti tagliate a pezzettini), siccome gli si costipò l'intestino tanto da non rispondere né ai clisteri né ai farmaci,

⁸⁷¹ *De medicina* II,24,2: Stomacho autem aptissima sunt, [...] molle ovum, palmulae, nuclei pinei, oleae albae ex dura muria, caedem aceto intinctae, vel nigrae, [...].

⁸⁷² *De medicina* II,18,10: Tum res eadem magis alit iurulenta quam assa, magis assa quam elixa. Ovum durum valentissimae materiae est, molle vel sorbibile inbecillissimae.

⁸⁷³ Anche stavolta è colpa di una virgola. Si tratta della virgola posta dopo *cocta*, con successiva trasformazione di due aggettivi in due sostantivi neutri: *alba* e *rubra*. Aldrovandi - il cui testo è strutturato diversamente - non dà questa interpretazione personale di Gessner, lasciando così intendere che il monaco aveva mangiato uova sode il cui guscio - abitualmente bianco - veniva dipinto di rosso in occasione della Pasqua secondo un'usanza che potrebbe risalire a Maria Maddalena, come mi fu precisato dalla Dsa Irina Moiseyeva: "L'usanza di presentare uova rosse riguarda Maria Maddalena. Dopo l'ascensione di Cristo visitò Roma e presentò un uovo rosso all'imperatore Tiberio con queste parole: «Cristo ha una resurrezione». Un uovo è un simbolo di vita e il suo colore rosso è un simbolo del sangue di Cristo (Enciclopedia della Bibbia, 1991)." - Il testo di Aldrovandi suona così: Dura ad coquendum sunt difficilia, tarde descendunt, crassiusque alimentum corpori tribuunt, quinimo et [301] viscosum: alvum constipant, adeo ut Brasavolus referat, monachum quendam Franciscanum, cum in festo Paschatis collecta a se eiusmodi ova alba, et rubra ad saturitatem edisset, astricto ventre, ut neque clysteribus, neque medicamentis cederet, obiisse. Nostri eiusmodi ova testis suis exuunt, et in partes aliquot secant, ut alterius vitelli, ac albuminis segmentis lances acetariorum coronent. Idem Germanos tam superiores, quam inferiores factitare audio. - Sia a causa della virgola incriminata che della sostantivizzazione dei due aggettivi il testo di Gessner è solo lievemente diverso da quello di Aldrovandi, ma possono essere effettivamente interpretati in modo del tutto differente. L'ideale sarebbe disporre del testo di Brasavola, ma sarebbe disumano leggerne tutte le opere alla ricerca di questo breve passo. § Ma Elio Corti - che, strano a dirsi, stavolta crede di più ad Aldrovandi - il 29 novembre 2007, essendo forse masochista, ha voluto frustrarsi attraverso una ricerca infruttuosa del monaco francescano nelle seguenti opere messe a disposizione nel web da Gallica: *Examen omnium simplicium medicamentorum* (1537) - *Examen omnium catapotiorum, vel pilularum* (1556) - *Aphorismorum Hippocratis sectiones septem...De ratione victus* (1543) - *Examen omnium electuariorum, pulverum, et confectionum catharticatorum* (1548) - *Examen omnium syruporum, quorum publicus usus est* (1545) - *Examen omnium trochiscorum, unguentorum, ceratorum, emplastrorum* (1560). § Per cui il problema della virgola dopo *cocta* - collecta a se ova ad duritiem cocta, alba ac rubra - rimane *per ora* insoluto.

cederet, objit, Brasavolus.

Duris <Dura> in aqua coctis <cocta> tardius permeant: et crassioris sunt succi quae calidis cineribus assantur, (nimium assantur, Symeon. ὑπεροπταθέντα,) Galenus. Ova assata sub cinere, ab igne calorem suscipiunt, ut fumosum quoque et gravem odorem. itaque magis siccant minusque refrigerant quam elixa in aqua. Isaac. Ova cum duobus modis assentur, inter carbones et in cinere, Isaac ea quae in cinere assantur deteriora esse scribit. quoniam cum calor foci circumeat ipsa, fumosos eorum halitus extre [extra] prohibet: quod super carbones non fit, Ant. Gazius. In sartagine vero cocta, (spissata,) pessimum habent omnibus modis alimentum. nam interim dum concoquuntur in nidorem (ructus fumosos) vertuntur: et non modo crassum succum, sed etiam pravum gignunt atque excrementitium, Galenus et Sethi. Et alibi Galenus, Ova frixa tarde descendunt, mali succi sunt, et corrumpunt etiam secum admixtos cibos, et inter deterrima earum rerum habentur quae concoqui nequeunt. Mox in nidorem et cholericos humores ac putredinem vertuntur. quare sunt causa fastidii et nauseae, Isaac.

¶ Ova pnicta elixis (duris in aqua coctis) et assis sunt meliora, Galenus: ut supra recitatum est. Videntur quidem pnicta tanquam in diplomate cocta, cum sapidiora esse, idque condimentorum quoque ratione, tum magis [438] lenire ac mitigare, quam quae in vase statim igni imposito parantur, quae facilius empyreuma⁸⁷⁴ aliquod trahunt.

¶ Pars IIII. De electione ovorum ad cibum. Ova gallinarum prae caeteris eligimus. non opus est autem aliorum quoque ovorum facultates enumerare, quod natura eorum cum gallinaceis conveniat, Serapio. Gallinarum ac phasianorum ova praestantiora sunt, deteriora vero anserum ac struthocamelorum, Galenus. Inter ova principatum tenent pavonina, deinde vulpanseris, tertio gallinarum, Epaenetus et Heraclides Syracusanus apud Athenaeum⁸⁷⁵. Secundum a gallinaceis locum merentur ova avium, quae cursu gallinae procedunt, (quae affinitatem cum gallinis habent,) ut sunt

mori, Antonio Brasavola.

Quelle sode cotte in acqua attraversano la parete intestinale con maggior lentezza: e quelle che vengono arrostate nelle ceneri calde (che vengono arrostate eccessivamente, Simeon Sethi; *hyperoptathénta*) sono di struttura più densa, Galeno. Le uova arrostate sotto la cenere ricevono calore dal fuoco, come pure un odore fumoso e pesante. Pertanto disidratano di più e rinfrescano di meno di quelle cotte in acqua, Isacco Giudeo. Dal momento che le uova vengono arrostate in due modi, tra i carboni e nella cenere, Isacco scrive che quelle arrostate nella cenere sono peggiori. In quanto, siccome il calore del fuoco le circonda completamente, impedisce ai loro vapori fumosi di fuoriuscire: cosa che non accade sui carboni, Antonio Gazio. Ma quelle cotte (rassodate) in padella posseggono un potere nutritivo che è il peggiore rispetto a tutte le altre modalità. Infatti talora mentre vengono digerite si trasformano in fetore (eruttazioni che sanno di fumo): e non solo generano un sangue denso, ma anche cattivo e fecaloide, Galeno e Sethi. E in un altro punto Galeno dice: Le uova fritte scendono con lentezza lungo l'apparato digerente, hanno un cattivo sapore e alterano anche i cibi che vi sono frammisti, e vengono ritenute come le peggiori tra le cose che non si riesce a digerire. Si trasformano subito in fetore e in esalazioni che sanno di bile e vanno in putrefazione: pertanto sono causa di inappetenza e di nausea, Isacco Giudeo.

¶ Le uova affogate sono migliori di quelle sode (cotte dure in acqua) e di quelle arrostate, Galeno, come si è detto in precedenza. In realtà quelle affogate sembrano cotte come a bagnomaria*, ed essendo più saporite, e ciò anche a causa dei condimenti, hanno maggior potere lenitivo e ristoratore di quelle che vengono preparate in un vaso messo di colpo sul fuoco, che più facilmente portano con sé un qualche residuo.

Pagina 438

¶ SEZIONE 4 - SCELTA DELLE UOVA COME CIBO. Noi preferiamo le uova di gallina rispetto alle altre. In realtà non è necessario elencare le proprietà anche delle altre uova, in quanto la loro composizione coincide con quelle di gallina, Serapione*. Le uova di gallina e di fagiano* sono le migliori, quelle di oca e di struzzo sono le peggiori, Galeno*. Tra le uova il primato lo detengono quelle di pavone, quindi quelle di volpoca*, in terzo luogo quelle di gallina, Epeneto ed Eraclide di Siracusa* in Ateneo*. Il secondo posto dopo quelle di gallina lo meritano le uova di uccelli che correndo passano davanti a una gallina (che hanno affinità con le galline), come gli *altdarigi* e gli *alduragi* - i francolini*, e

⁸⁷⁴ Il sostantivo greco neutro *empyreuma* significa carbone acceso nascosto sotto la cenere, scintilla, residuo.

⁸⁷⁵ *Deipnosophistai* II,50,58b - Ἐπαίνετος δὲ καὶ Ἡρακλείδης ὁ Συρακούσιος ἐν Ὀψαρτυτικῷ τῶν ᾠῶν φασι προτεῦναι τὰ τῶν ταῶν· μεθ' ἃ εἶναι τὰ χηναλωπέκεια· τρίτα καταλέγοντες τὰ ὀρνίθια.

altdarigi et alduragi⁸⁷⁶, et alchabegi, et altheiugi, Avicenna. Gallinae et perdicis ova laudantur prae caeteris ceu magis temperata, deinde anatis, (forte, anseris,) quamvis malum reddant nutrimentum. Alia vero ova, ut parvarum avium aut magnarum, comedenda non sunt nisi medicinae causa, Rasis.

Ova gallinarum omnibus praeferunt, maxime si ex gallo conceperint. nam zephyria minus sapiunt, Platina. Ova subventanea minora sunt, et minus iucundi saporis (utpote minus concocta⁸⁷⁷) et magis humida quam ea quae foecunda gignuntur, Aristot.⁸⁷⁸ et Plinius⁸⁷⁹. Ova recentia veteribus plurimum praestant. quippe optima sunt recentissima, vetustissima autem pessima quae vero in horum medio sunt, proportione recessus ab extremis, bonitate aut pravitate inter se differunt, Galenus lib. 3. de alim. et alibi, et Serapio. ova recentia, plena sunt: vetustiora ut plurimum circa partem latiore inania. Sunt quae dum aperiuntur vel refringuntur, diffluent, vitello praesertim: quod signum est vetustatis. Quod si vitellus ovo aperto integer manserit, et medio eius gutta rubicunda et veluti sanguinea apparuerit, (ex qua corda pullorum initio constitui solent,) signum est ova esse ad cibum adhuc laudabilia, Tragus.

Sapidiora sunt ova quae ex gallinis pinguibus, non macilentis, sunt nata: et ex depastis triticum, hordeum, milium, panicum, potius quam herbas, Platina. Ex ovis recentibus si quae in vitelli superficie venulas rubicundas habuerint, in cibo laudari audio. Ova oblonga a quibusdam mascula censerit, et salubriora sapidioraque rotundis, ab aliis vero rotunda haberi mascula, recitatum est supra in C. Arabes praeferunt oblonga, parva, tenuia, ut

gli *alchabegi*, e gli *altheiugi*, Avicenna*. Le uova di gallina e di pernice* vengono lodate rispetto alle altre in quanto sono di composizione più equilibrata, quindi quelle di anatra (forse di oca), nonostante forniscano un alimento cattivo. Ma le altre uova, come quelle degli uccelli piccoli oppure grossi, non sono da mangiarsi se non per motivi terapeutici, Razi*.

Preferiscono le uova di gallina a tutte le altre, soprattutto se le hanno concepite grazie al gallo. Infatti le *zefirine* - quelle sterili - sono meno gustose, Platina*. Le uova *piene di vento* - quelle sterili - sono più piccole e di sapore meno piacevole (in quanto meno riscaldate) nonché più umide di quelle che vengono deposte dopo essere state fecondate, Aristotele* e Plinio*. Le uova fresche sono di gran lunga migliori di quelle vecchie. Senza dubbio sono ottime quelle appena deposte, quelle troppo vecchie sono pessime, e quelle che si trovano a metà strada, a seconda della distanza tra i due estremi, differiscono tra loro per bontà o per gusto cattivo, Galeno nel III libro del *De alimentorum facultatibus* e in altri trattati, nonché Serapione. Le uova fresche sono piene: quanto più sono vecchie tanto più sono vuote in corrispondenza del polo ottuso. Vi sono delle uova che quando vengono aperte oppure spaccate, si spandono, soprattutto a carico del tuorlo: questo è un segno di vecchiezza. Ma se, una volta aperto l'uovo, il tuorlo rimane integro, e al suo centro è visibile una goccia rossa e color sangue (dalla quale sogliono prendere origine i cuori dei pulcini), ciò è un segno che le uova sono ancora raccomandabili come cibo, Hieronymus Bock* detto Tragus.

Sono più saporite le uova che sono state deposte da galline grasse, non macilente: nonché da quelle che hanno mangiato grano*, orzo*, miglio*, panico*, anziché erbe, Platina. Se tra uova fresche ce ne sono alcune che alla superficie del tuorlo presentano delle venuzze rosse, sento dire che vengono lodate come cibo. Le uova aguzze da alcuni vengono ritenute procreatrici di maschi* e più salutari nonché più saporite di quelle tondeggianti, da altri invece vengono ritenute mascoline quelle tondeggianti: lo si è detto in

⁸⁷⁶ A pagina 390, grazie ad Andrea Alpago*, viene riportato il significato di alduragi, il francolino: Inter aves melior est caro alduragi, (id est francolini, Bellunensis) et gallinarum est subtilior ea. et non sunt cum nutrimento carnis alchabugi, et altaiaigi et altdarigi, Avicenna. - Come si può notare, sempre a pagina 390 alchabegi suona alchabugi e altdarigi suona altaiaigi. - Una bella bagarre!

⁸⁷⁷ Cioè sottoposto a riscaldamento, a incubazione, covato sì da farlo maturare. - Si tratta di un termine molto usato da Aristotele.

⁸⁷⁸ *Historia animalium* VI,2, 559b 5-9: Le uova che alcuni chiamano *kyinosoura* o «sterili» compaiono più spesso d'estate. Certi poi chiamano le uova sterili «zefirine», perché è in primavera che le femmine degli uccelli recepiscono i venti tiepidi; si ha lo stesso effetto anche quando le si palpa con la mano in un certo modo. (traduzione di Mario Vegetti) - *De generatione animalium* III,1, 749a 34-749b 7: Negli uccelli si formano anche prodotti spontanei, che sono chiamati da alcuni «ventosi» e «di zefiro». Essi si hanno negli uccelli che non volano e non hanno le unghie ricurve, ma sono prolifici, perché sono dovuti all'abbondanza del residuo (negli uccelli dalle unghie ricurve invece siffatta secrezione è volta alle ali e alle piume, e il loro corpo è piccolo, asciutto e caldo) e perché la secrezione mestruale e lo sperma sono un residuo. (traduzione di Diego Lanza)

⁸⁷⁹ *Naturalis historia* X,166: Inrita ova, quae hypenemia diximus, aut mutua feminae inter se libidinis imaginatione concipiunt aut pulvere, nec columbae tantum, sed et gallinae, perdices, pavones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia et minora ac minus iucundi saporis et magis umida. Quidam et vento putant ea generari, qua de causa etiam zephyria appellant. Urina autem vere tantum fiunt incubatione derelicta, quae alii cynosura dixerunt.

Tragus citat. Idem ova recentia in plenilunio exclusa, tanquam praestantiora, cum ad cibum ceu durabiliora, tum ut gallinis supponantur, colligi iubet. De ovis praecipue vitellus probatur Avicennae, et ova ipsa potius simpliciter parata, quam aliis admista, ut quidam citant. Magis nutriunt et subtiliora sunt ova, quae duos vitellos habent, Elluchasem.

¶ Omnia ova, praecipue passerum, Venerem promovent, Avicenna. Gallinae et perdicis ova genituram augent, et ad coitum stimulant, Rasis. Bulbi, cochleae, ova, et similia, semen augere videntur, non (tollenda videtur negatio⁸⁸⁰) eo quod habeant naturae suae principium cognatum, (ὁμοειδές) et facultates easdem semini, Heraclides apud Athenaeum. apud quem⁸⁸¹ Alexis poeta quoque ova inter cibos Venerem incitantes numerat. Ova promovent coitum, et maxime cum cepis et rapis, R. Moses. ¶ Avicenna in libro de viribus cordis⁸⁸², ovis quoque cor roborandi potentiam adscribit. Galenus quidem ovum sorbibile vires defectas acervatim (ἀθρόως) restaurare scribit: et in feбри cum syncope ex tenuibus succis ova (ovorum vitellos) ante quartum diem exhibuit, Methodi 12.⁸⁸³ Vitella, maxime sorbilia, cor fovent ac membra nutriunt, Platina.

¶ Pars V. De albuminis e vitelli facultatibus alimentariis seorsim. Ova temperata sunt: sed albumen ad frigiditatem declinat, vitellus ad caliditatem: utrunque humidum est, praecipue albumen, Avicenna, et Isaac, quanquam

precedenza nel paragrafo C. Gli Arabi preferiscono quelle oblunghe, piccole, sottili, come riferisce Hieronymus Bock. Sempre lui consiglia di raccogliere le uova recenti deposte durante il plenilunio, essendo migliori, e che vengano usate come cibo in quanto si mantengono più a lungo, e che vengano poste sotto alle galline per covarle. In Avicenna a proposito delle uova si loda soprattutto il tuorlo, e le uova è preferibile che siano preparate in modo semplice anziché mescolate ad altri ingredienti, come alcuni citano. Le uova che hanno due tuorli nutrono di più e sono più delicate, Elluchasem Elimithar*.

¶ Tutte le uova, specialmente quelle dei passerii, sono afrodisiache, Avicenna. Le uova di gallina e di pernice fanno aumentare la produzione di sperma e stimolano il coito, Razi. Sembra che le cipolle*, le lumache, le uova e cose affini aumentino la produzione di sperma, non (pare che la negazione vada eliminata) in quanto avrebbero la composizione della loro natura che è affine (*homoeidés*) allo sperma e le sue stesse facoltà, Eraclide di Taranto* in Ateneo. Sempre in Ateneo anche il poeta Alessi* elenca le uova tra i cibi afrodisiaci. Le uova stimolano il coito, e soprattutto con cipolle e rape, Rabbi Moses*. ¶ Avicenna nel libro *De medicinis cordialibus* attribuisce anche alle uova il potere di rafforzare il cuore. E Galeno scrive che l'uovo *à la coque* ripristina completamente (*athróas*) le energie esaurite: e nella febbre che si accompagna a svenimento dovuta a liquidi poco densi, prima che fossero trascorsi quattro giorni somministrò delle uova (tuorli d'uovo), libro XII del *Methodus medendi*. I tuorli, soprattutto da sorbire, riscaldano il cuore e nutrono le membra - o i membri?, Platina.

¶ SEZIONE 5 - LE VIRTÙ ALIMENTARI DEL TUORLO E DELL'ALBUME ANALIZZATE SEPARATAMENTE. Le uova hanno una composizione equilibrata: ma l'albumene tende al freddo, il tuorlo al caldo, e ambedue sono umidi, soprattutto l'albumene, Avicenna e Isacco Giudeo*, anche

⁸⁸⁰ Verosimilmente le edizioni dei *Deipnosophistai* erano e sono alquanto divergenti. Infatti quella a disposizione di Gessner a proposito di questa frase doveva essere monca (cioè mancare di οὐ διὰ τὸ πολύτροφα εἶναι), così come diversa doveva essere l'edizione greca tradotta in inglese da C. D. Yonge (1854). § Il testo di Eraclide di Taranto è contenuto in *Deipnosophistai* II,65,64a-b: Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος ἐν Συμποσίῳ ' βολβὸς καὶ κοχλίας καὶ ὠὸν καὶ τὰ ὅμοια δοκεῖ σπέρματος εἶναι ποιητικά, οὐ διὰ τὸ πολύτροφα εἶναι, ἀλλὰ διὰ τὸ ὁμοειδεῖς ἔχειν τὰς πρώτας φύσεις αὐτὰς τὰς δυνάμεις τῷ σπέρματι. ' (*Deipnosophistarum libri XV* - vol I - recensuit Georgius Kaibel - Teubner, Stuttgart, 1985). § Traduzione di C. D. Yonge: Heraclides the Tarentine, in his Banquet, says "The onion, and the snail, and the egg, and similar things, appear to be productive of seed; not because they are very nutritious, but because their original natures are similar, and because their powers resemble that." § Quindi Yonge contraddice Gessner con il *not*, ma traduce σπέρματι con *that*.

⁸⁸¹ *Deipnosophistai* II,64,63e-f: Ἄλεξις ἐμφανίζων τὴν τῶν βολβῶν πρὸς τὰ ἀφροδίσια δυνάμιν φησι | "πίννας, κάραβον, | βολβούς, κοχλίας, κήρυκας, ὦ', ἀκροκάλια, | τοσαῦτα· τούτων ἂν τις εὔρη φάρμακα | ἐρῶν ἐταίρας ἕτερα χρησιμώτερα . . ." - Traduzione di C. D. Yonge (1854): Alexis, while explaining the efficacy of onions in aphrodisiac matters, says - Pinnas, beetles, snails, muscles, eggs, calves'-feet | And many other philters, may be found | More useful still to one who loves his mistress.

⁸⁸² Sarei tentato - e cedo alla tentazione - di identificare questo *liber* con il *De medicinis cordialibus*, ma potrebbe anche trattarsi del titolo di un capitolo del *Liber canonis medicinae* o *Canon medicinae*.

⁸⁸³ Già citato all'inizio di pagina 437.

Galenus Ovi crudi albumen (inquit) lana molli exceptum, vel totum ovum agitatum, utiliter imponitur ambustis, quae moderate refrigerat et sine morsu siccatur⁸⁸⁴. Sed dici potest, ovi tum album tum luteum, alimenti quidem ratione corpora nostra humectare: foris vero applicatum nonnihil siccare. Ovorum album aegre concoquitur, Galenus Methodi 12. Vitelli facilius coquantur quam albumina, Idem ad Glauconem lib. I. Id cum fiat Aphrodisiensis inquirat problematum 2. 84. Vitellus (inquit) calidus, albumen humidum et frigidum est. Et rursus, Vitellus plus caloris quam siccitatis habet. Dandi sunt in syncope ex tenuibus humoris, Galenus Methodi 12. quod cum facillime concoquantur, subito et multum et probe alant, atque ita vires restaurent. Albumen frigidum est et viscosum, nec probum sanguinem generat, et aegre concoquitur: vitellus vero temperatus est, et caeteris albuminis vitiis caret, ut medici quidam referunt. De ovis sufficit vitellum sumpsisse ab autumnii medio usque ad medium veris: reliquo tempore albumen etiam cum vitello sumere licebit, Arnoldus de Villanova. Vitella, maxime recentia et sorbilia, ex gallina, perdice, phasiano, corfovent ac membra nutriunt, in sanguinem enim purum convertuntur, quare qui inanitate laborant, hoc cibo, repurgato prius stomacho, quod facillime in alios humores convertitur, crebro in prima mensa utantur, Platina. Vitelli laudantur, maxime de gallinis iunioribus mares habentibus, Isaac.

¶ Pars VI. Apparatus diversi ex ovis. De diversis ovorum cocturis, in aqua, sub cinere, in sartagine, deque ovis pnicis, abunde iam explicatum nobis est Parte prima huius capituli. Ovum cum melle, vel garo, vel sale coctum, est compositum ex diversis facultatibus. Galenus de victus rat. in morb. ac. Commentario I. Candida si croceos circumfluit unda vitellos, | Hesperius scombrum temperet ova liquor, id est garum, Martialis⁸⁸⁵. Ovis sorbilibus aut mollibus condimentis gratia quidam inspergunt cari semen, aliqui (pauci) aquilinae⁸⁸⁶ semina, alii scobem nucis myristicae. sal quidem perpetuum est condimentum omnium.

se Galeno dice: l'albumine dell'uovo crudo disposto su un panno di lana morbida, oppure tutto quanto l'uovo sbattuto, viene applicato con vantaggio sulle ustioni, e che le rinfresca abbastanza e le fa asciugare senza causare bruciore. Ma si può dire che sia il bianco che il giallo dell'uovo anche solo come alimento inumidiscono il nostro corpo: infatti applicato esternamente non si essicano affatto. Il bianco d'uovo lo si digerisce male, Galeno nel libro XII del *Methodus medendi*. I tuorli vengono digeriti con maggiore facilità rispetto agli albumi, ancora Galeno nel I libro del *Ad Glauconem de medendi methodo*. Perché ciò avviene lo analizza Alessandro di Afrodisia* in *Problemata* II,84 dicendo: Il tuorlo è caldo, l'albumine è umido e freddo. E poi: Il tuorlo possiede più calore che secchezza. I tuorli bisogna somministrarli in caso di collasso da liquidi poco densi, Galeno nel libro XII del *Methodus medendi*. In quanto, essendo digeriti con estrema facilità, nutrono immediatamente e parecchio e in modo eccellente, e in tal modo ripristinano le energie. L'albumine è freddo e vischioso, né produce buon sangue, e viene digerito con difficoltà: invece il tuorlo ha una composizione equilibrata e non possiede le altre caratteristiche negative dell'albumine, come riferiscono alcuni medici. Delle uova è sufficiente aver mangiato il tuorlo da metà autunno fino a metà primavera: nel tempo restante sarà lecito mangiare anche l'albumine insieme al tuorlo, Arnaldo da Villanova*. I tuorli, soprattutto freschi e alla coque, di gallina, pernice e fagiano, riscaldano il cuore e nutrono le membra, infatti vengono convertiti in sangue puro, per cui, coloro che sono malati debbono spesso usare a colazione questo cibo dopo aver prima ripulito lo stomaco in quanto questo cibo viene con estrema facilità trasformato in altri umori, Platina. Vengono decantati i tuorli, soprattutto se sono di galline giovani che hanno dei maschi a disposizione, Isacco Giudeo.

¶ SEZIONE 6 - DIVERSI MODI DI PREPARARE LE UOVA. Nella prima sezione di questo capitolo ho già fornito abbondanti spiegazioni sui diversi modi di cuocere le uova: in acqua, sotto la cenere, in padella, nonché sulle uova affogate. L'uovo fatto cuocere con miele, o con salsa di pesce, o col sale, è dotato di differenti proprietà, Galeno nel primo commentario *In Hippocratis de victus ratione in morbis acutis*. Se un'onda candida scorre intorno ai tuorli color zafferano, deve condire le uova un liquido occidentale fatto con sgombro*, cioè la salsa di pesce, Marziale*. Come condimento per le uova alla coque o bazzotte* alcuni cospargono dei semi di cumino* tedesco, altri (pochi) dei semi di aquilegia*, altri ancora della noce moscata* grattugiata. E poi, il sale è il condimento universale per tutti i tipi di

⁸⁸⁴ Già citato a pagina 436, tratto dall'XI libro del *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus*.

⁸⁸⁵ *Epigrammaton* liber XIII, XI, OVA.

⁸⁸⁶ In base a Pierandrea Mattioli* *Compendium de plantis omnibus* (1571, pagina 368) possiamo identificare questa pianta con l'aquilegia: Aquilina, sive aquilegia, Italis, [...].

¶ Ova frixa, oenogarata, {obelixa}⁸⁸⁷ <ova elixa> liquamine, etc. Apicius 7. 17. Humelbergius sic legit. Ova frixa oenogaro (s<c>ilicet affuso inferuntur.) Ova elixa, liquamine, oleo, mero: vel ex liquamine, pipere, lasere. In ovis hapalis, nucleos infusos: suffundes mel, acetum: liquamine temperabis. Ova hapalà (inquit Humelbergius) vocat Apicius tenera et mollia, quaeque sine cortice et putamine cocta sunt in aqua: qualia et stomachum confortant, authore Scribonio Largo Compositione medicinali 104. Sed Scribonius loco iam citato, simpliciter ova hapalà commendat, nec dicit ea sine putamine in aqua coqui: et Dioscorides⁸⁸⁸ hapalòn ovum molle appellat, hoc est medium inter sorbibile et durum, ut ipse interpretatur: et nos supra quoque ex aliorum sententia retulimus. Tyropatina⁸⁸⁹: Accipies lac, adversus quod patinam aestimabis: temperabis lac cum melle quasi ad lactantia, (id est lactaria, Humelbergius) ova quinque ad sextarium mittis: sed ad heminam ova tria<.> in lacte dissolvis, ita ut unum corpus facias: in cumana colas, et igni lento coques: cum duxerit ad se, piper aspergis et inferes.

Ova spongia ex lacte⁸⁹⁰: Ova quatuor, lactis heminam, olei unciam, in se dissolvis, ita ut unum corpus facias. in patellam subtilem adicies olei modicum, facies ut bulliat, et adicies (oleo bullienti) impensam (mixtionem iam dictam ex ovis, lacte et oleo) quam parasti. una parte cum fuerit coctum, in disco vertes, melle perfundis: piper aspergis et inferes, Haec omnia Apicius. Humelbergius ova spongia interpretatur cibum qui ovorum formam prae se ferat, et spongiosum, id est ad modum spongiae rarum, tenerum et inflatum. Nostri hoc simile edulium vocant ein bratne milch: Graece Latineque oogala dici potest.

¶ Le uova fritte condite con salsa di vino e pesce, le uova cotte con salsa di pesce etc. di Apicio* VII,17, Gabriel Hummelberg* le interpreta nel modo seguente. Uova fritte con salsa di vino e pesce (ossia, vengono servite dopo averle cosparse con la salsa). Uova cotte con salsa di pesce, olio, vino puro: oppure condite con salsa di pesce, pepe, silfio*. Nelle uova bazzotte*, con dentro i tuorli: cospargerai del miele, dell'aceto: condirai con salsa di pesce. Apicio chiama *hapalà* (dice Hummelberg) le uova tenere e molli e che vengono cotte in acqua senza membrane e senza guscio: siffatte uova rafforzano anche lo stomaco, lo riferisce Scribonio Largo* nel paragrafo 104 del *Compositiones medicamentorum*. Ma Scribonio nel passo appena citato raccomanda semplicemente le uova bazzotte, e non dice che vanno cotte in acqua senza guscio: e Dioscoride* chiama *hapalòn* l'uovo molle, cioè una via di mezzo tra quello da sorbire e quello sodo, come Scribonio stesso traduce, e come anche noi abbiamo riferito in precedenza in base al punto di vista di altri. Tyropatina - Piatto di Tiro*. Prenderai del latte e valuterai le misure del piatto in base ad esso: mescolerai il latte con del miele fino a ridurlo quasi un latticino (cioè *lactaria*, Hummelberg), in un sestario [500 ml] ci metti cinque uova, ma tre in una emina [250 ml]. Stemperale nel latte in modo da produrre una massa unica: fai colare in una terrina di Cuma* e farai cuocere a fuoco lento: quando si sarà rassodata cospargi del pepe e metterai in tavola.

Uova spugna al latte: Stemperi insieme quattro uova, un'emina [250 ml] di latte, un'oncia [27,28 g] di olio in modo da produrre una massa unica: metterai in una padella sottile un pochino di olio, farai in modo che frigga e metterai (sull'olio che frigge) il composto (la miscela appena detta di uova, latte e olio) che hai preparato. Quando il tutto sarà cotto da un lato lo metterai girato in un piatto, vi versi del miele, lo spruzzi di pepe e servirai in tavola. Tutto ciò lo dice Apicio. Gabriel Hummelberg intende per uova spugna un cibo che deve esibire la sagoma delle uova e una consistenza spugnosa, cioè, rarefatto, morbido e gonfio come una spugna. I nostri connazionali chiamano un piatto simile a questo *ein bratne milch*: in greco e in latino si può dire

⁸⁸⁷ Da <http://www.fh-augsburg.de>: 1. Ova frixa: oenogarata. - 2. Ova elixa: liquamine, oleo, mero vel ex liquamine, pipere, lasere. - 3. In ovis hapalis: piper, ligusticum, nucleos infusos. suffundes mel, acetum, liquamine temperabis.

⁸⁸⁸ II,44. § Jean Ruel* - e di conseguenza Pierandrea Mattioli* - traducono *hapalòn* con *molliculum*. Mattioli, nella sua edizione in italiano (1585), traduce *molliculum* con "molle & tenero".

⁸⁸⁹ Apicio, *De re coquinaria* VII,11. DULCIA DOMESTICA ET MELCAE. - 7. Tyropatinam: accipies lac, adversus quod patinam aestimabis, temperabis lac cum melle quasi ad lactantia, ova quinque ad sextarium mittis, si ad heminam, ova tria. in lacte dissolvis ita ut unum corpus facias, in cumana colas et igni lento coques. cum duxerit ad se, piper adspargis et inferes. (da www.fh-augsburg.de)

⁸⁹⁰ Apicio, *De re coquinaria* VII,11. DULCIA DOMESTICA ET MELCAE. - 8. Ova spongia ex lacte: ova quatuor, lactis heminam, olei unciam in se dissolvis, ita ut unum corpus facias. in patellam subtilem adicies olei modicum, facies ut bulliat, et adicies impensam quam parasti. una parte cum fuerit coctum, in disco vertes, melle perfundis, piper adspargis et inferes. (da www.fh-augsburg.de)

quanquam Caelius, Pultem (inquit) ex ovis et lacte concinnatam oogala dicunt medicae rei studiosi. Laudatur hoc inter cibos dysentericorum ab Aetio, si bene memini.

Ova decoquantur in aqua, vel iure carnis, integra, sine corticibus, quae sapida et optima sunt, praesertim si cum saccharo et cinnamomo condiantur. Sunt et qui in sartagine primo modo pauxilla ova primum pertractata, in aqua simplici, iuncto pauxillo saccharo vel aqua rosacea percoquant, quae ego non vitupero. Fit etiam ex eis laudatissimum ferculum, si confusa in iure carniū comedantur, cum quibus conducit modicum aceti, vel succi uvae acerbae ponere. Ego tamen in senibus et convalescentibus vini aromatici aut Malvatici optimi portionem aliquam cum saccaro et cinnamomo libentissime porrigo. Utcunque parentur, semper portiunculam salis addere oportet, cum sic facilius et digerantur, et a stomacho etiam descendant, Nic. Massa in epistolis.

¶ Ex Platina. Ovorum albore utimur in condituris quorundam eduliorum ac bellariorum. Iusculum croceum e vitellis ovorum cum agresta, iure vituli aut capi, pauco croci, etc. describitur a Platina 6. 44. Fricella quomodo fiat ex albamento ovorum, polline et caseo recenti, leges apud eundem lib. 9. cap. 3.

¶ Quae sequuntur ab eodem authore omnia sunt, lib. 9. cap. 19. et deinceps prodita. De ovis agitatae et confractis: Ova cum modico aquae et lactis bene agitata, et confracta aut tudicula aut cochleari, caseo trito commiscebis. Mixta, ex butyro vel oleo coques. Suaviora erunt, si et parum cocta, et dum coquantur, nunquam voluta fuerint. Herbacei colores si voles, his betae ac petroselini plusculum, succi buglossi, menthae. amaraci, salviae parum addes. Aliter: Eisdem herbas concisas, et frictas modicum in butyro aut oleo, superiori impensae admiscebis, ac coques. {Nutriunt haec, tarde concoquantur, hepar iuvant, obstructions et calculum generant.} <Nutriunt haec: tarde concoquitur epar, iuvant oppilationes & calculum generant.>⁸⁹¹ Ova frictellata: In patellam

oogala - uova al latte, anche se Lodovico Ricchieri* dice: Gli studiosi di medicina chiamano *oogala* un miscuglio preparato con uova e latte. Questa preparazione viene lodata da Ezio di Amida* fra i cibi per coloro che sono affetti da dissenteria, se ben ricordo.

Le uova vengono cotte in acqua oppure in brodo di carne, intere, senza guscio, e così preparate sono saporite e ottime, soprattutto se vengono condite con zucchero di canna e cannella*. Vi sono anche coloro che dopo aver prima trattato un pochino di uova in padella secondo la prima modalità, le fanno cuocere per bene in acqua semplice con l'aggiunta di pochissimo zucchero o di pochissima acqua di rose, e io non le disprezzo. Con esse si può anche ottenere una portata molto apprezzata se vengono mangiate mescolate in brodo di carne, e giova metterci insieme un pochino di aceto o di succo di uva acerba. Tuttavia nelle persone anziane e nei convalescenti vi aggiungo molto volentieri una porzione di ottimo vino aromatizzato oppure alla malva*. In qualunque modo le si prepari, è opportuno aggiungervi sempre una piccola quantità di sale, in quanto così vengono digerite più facilmente e abbandonano anche lo stomaco, Nicola Massa* in *Epistolae Medicinales et Philosophicae*.

¶ Dal Platina*. Ci serviamo del bianco d'uovo per condire alcune portate e dessert. Un brodino color zafferano ottenuto da tuorli d'uovo con agresta*, brodo di vitello o di cappone*, etc. viene descritto dal Platina in VI,44. Come si prepara una frittella col bianco d'uovo, fior di farina e formaggio fresco potrai leggerlo sempre in Platina nel libro IX capitolo 3.

¶ Ciò che segue è tutto quanto tratto dallo stesso autore, libro IX capitolo 19, e viene riferito in sequenza. UOVA SBATTUTE E FRANTUMATE: Servendoti di uno spremilive oppure di un cucchiaino mescolerai con del formaggio tagliuzzato delle uova che siano state ben sbattute e frantumate insieme a un pochino di acqua e latte. Dopo averle mescolate le farai cuocere con burro e olio. Saranno più gustose sia se saranno poco cotte, sia se non verranno mai rimestate mentre cuociono. Se le vorrai del colore dell'erba vi aggiungerai una discreta quantità di bietola e di prezzemolo, un pochino di succo di buglossa*, di menta*, di maggiorana*, di salvia*. ALTRO MODO DI PREPARARLE: Le stesse erbe tagliuzzate e fatte appena friggere in burro o in olio le mescolerai al precedente miscuglio e metterai a cuocere. Le uova così preparate sono nutrienti: il fegato fa fatica a digerirle, fanno bene alle ostruzioni intestinali e sono causa di calcolosi. UOVA A FORMA DI FRITTELLE:

⁸⁹¹ Insomma, tra tutte le azioni negative di queste uova così preparate, si salverebbe il fegato, proprio il fegato che è il laboratorio attraverso il quale tutte le sostanze ingerite debbono transitare. Non solo si salva, addirittura ne riceve dei benefici. Allora - come discepolo di Esculapio* - non ho potuto frenare la mia curiosità e ho confrontato il testo di Gessner e di Aldrovandi con l'unico testo del Platina a mia disposizione. E forse la cosa diventa ancora più intricata, ma a una lettura affrettata, non certo favorita dalla strana e carente punteggiatura di certi testi antichi. Ecco il testo del Platina in *Libellus platinae de honesta voluptate ac valitudine* (Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499). Questa ricetta si trova nel libro IX, capitolo 19: Nutriunt haec: tarde concoquitur epar

ferventem oleo aut butyro, ova recentia et integra, abiecto putamine, indes: lentoque igne decoques, oleo semper, praesertim cochleari aut tudicula suffundendo. Ubi alba esse coeperint, cocta scito. Durioris concoctionis propter fricturam haec putant medici.

Ova elixa: In ferventem aquam ova recentia, abiecto folliculo indes. concreta ubi erunt, statim eximes. tenella esse debent, ac saccharo, aqua rosacea, aromatibus dulcibus, agresta aut succo malarancij suffundes. Sunt qui et tritum caseum inspergant: quod nec mihi nec Phosphoro placet, qui tali edulio persaepe vescimur. sine caseo enim optimum ac suavissimum est. Aliter: Ova in lacte aut in vino dulci coques, eo modo quo ante. Verum de caseo nulla fiat mentio. plus alit hoc: etsi ad {phlegmonen} <phlegmonem> sanguinem ducit. Ova fricta: Ova recentia diu coquendo dura facies. ablatis deinde putaminibus, ova ipsa ita per medium scindes, ut nullibi albamentum comminatur. Exempta vitella, partim cum bono caseo tum veteri tum recenti, et uva passa contundes, partim reservabis ad pulmentum colorandum. Parum item petroselini, amaraci, menthae minutatim concisae, addes. Sunt qui et duos albores ovorum aut plures cum aromatibus indant. Hac impensa albamenta ovorum repleta et conclusa, lento igne in oleo friges. Frictis, moretum ex reliquis vitelli et uva passa simul tunsis, ac ex agresta et sapa dissolutis, addito gingibere, caryophyllo, cinnamo, infundes: efferveantque paululum cum ipsis ovis, facies. Hoc plus mali in se habet quam boni.

Ova in craticula: Ova tunsia in patellam extendes et coques, donec concreta plicari quadrifariam possint. Haec in quadrae modum redacta, in craticulam ad focum positam extendes. Ova deinde recentia, ablatis putaminibus, huic indes: {saccharumque} <saccharonque> et cinnamum, dum coquitur, insperges. Cocta convivis appones. Ova in

Verserai in una padella calda con olio e burro delle uova fresche e intere dopo aver tolto il guscio: e le farai cuocere per bene a fuoco lento, cospargendo sempre dell'olio soprattutto con un cucchiaino oppure con uno spremiole. Quando cominceranno a presentarsi bianche, sappi che sono cotte. I medici ritengono che sono di più difficile digestione per il fatto che sono state fritte.

id est vocis bonitatem, repurgata laevigataque arteria, praestare. Ova sorbilia vocem clarificant, Elluchasem. Ovum sorbile miscetur iis quae contentos in thorace et pulmone humores incidunt, et usurpantur in illis quorum guttur exasperatum est clamore, vel acrimonia humoris. tenacitate enim sua partibus affectis inhaeret et immoratur cataplasmatis instar: et pariter substantiae suae lenitate omnis morsus experti easdem mitigat curatque. qua ratione asperitates etiam circa stomachum, ventrem, intestina et vesicam obortas curat, Galenus⁹¹³. Prodest nimium calidis oesophago, stomacho, vesicae, Elluchasem.

Acrochliaron⁹¹⁴, id est leviter calefactum sorptumque prodest vesicae rosionibus, renum exulcerationibus, gutturis {scabriciae} <scabritiae>, reiectionibus sanguinis, destillationibus, et thoracis rheumatismis, Dioscorides tanquam de albumine privatim: sed videntur de toto ovo sorbili recte eadem praedicari posse⁹¹⁵. Utile est tussi, pleuritidi, phthisi, raucedini vocis a causa calida⁹¹⁶, dyspnoeae: et sputo sanguinis, idque in primis cum vitellus tepidus sorbetur, Avicenna. Sanguinem spuētibus salutare est ovum sorbile, Elluchasem. Ova semicocta commendantur ad tormina (dysenteriam) sine febre, Galenus de victus in morbis acutis comment. quarto. Semicocta stomachum roborant, et vires restaurant, ut alibi inter Notha Galeno adscripta legimus. Reperiuntur qui ex sorbili ovo ter quaterque excernant, Brasavolus. Ovorum trium aut quatuor candidum in aquae congio concussum bibat febriens. hoc valde frigefacit, et aegrum ad alvum exonerandam conturbat, Hippocrates libro 3. de morbis.

¶ De ovis quae cum remediis efficacioribus miscentur, inferius etiam dicitur in genere, et particulatim: in praesentia vero de sorbilibus

euphonian, cioè una bella voce, una volta che la trachea è stata ripulita e resa liscia. Le uova da sorbire rendono chiara la voce, Elluchasem Elimithar*. L'uovo da sorbire viene miscelato a quelle sostanze che fanno scomparire i liquidi contenuti nel torace e nel polmone, e viene usato in coloro la cui gola è irritata dalla rumorosità o dall'asprezza del liquido infiammatorio. Infatti con la sua tenacità aderisce alle zone interessate e vi rimane attaccato come se fosse un cataplasma: che parimenti con la morbidezza del materiale da cui è composto, privo di qualsiasi effetto irritante, le ammorbidisce e le fa guarire. Motivo per cui fa guarire anche i bruciori che sono sorti a carico dello stomaco, della pancia, degli intestini e della vescica, Galeno. Giova a un esofago, uno stomaco e una vescica eccessivamente caldi, Elluchasem Elimithar.

Un uovo *acrochliaron*, cioè intiepidito e sorbito, giova in caso di bruciori vescicali e di dolori renali violenti, di irritazione di gola, di emottisi - lo sputare sangue, di catarro nonché di espettorato di origine polmonare, Dioscoride*, come se si trattasse in modo specifico dell'albumine: tuttavia a ragion veduta sembra che si possa decantare la stessa efficacia a proposito di tutto quanto l'uovo da bere. È utile in caso di tosse, di pleurite, di tisi, di voce roca dovuta a un agente caldo, di respiro difficoltoso: e in caso di emottisi - lo sputare sangue, e soprattutto quando il tuorlo è bevuto tiepido, Avicenna*. L'uovo da sorbire è salutare per coloro che sputano sangue, Elluchasem. Le uova bazzotte vengono raccomandate contro i dolori intestinali (dissenteria) senza febbre, Galeno *In Hippocratis de acutorum victu commentarii IV*. Bazzotte rinforzano lo stomaco e ripristinano le energie, come ho letto in un punto tra gli scritti spuri attribuiti a Galeno. Ci sono alcuni che a causa di un uovo *à la coque* hanno tre o quattro evacuazioni, Antonio Brasavola*. Chi ha la febbre deve bere l'albumine di tre o quattro uova sbattute in un congio [3,27 l] di acqua. Ciò rinfresca parecchio e stimola il malato a svuotare l'intestino, Ippocrate* nel III libro del *De morbis*.

¶ Più avanti si parlerà sia in generale che in dettaglio anche delle uova che vengono mischiate a rimedi più efficaci: ma in questa sezione solo di quelle da sorbire

⁹¹³ Citazione che ricorre in parte anche a pagina 441.

⁹¹⁴ L'aggettivo greco *akrochliaros* significa caldo alla superficie, in Dioscoride significa tiepido.

⁹¹⁵ L'aggettivo greco *akrochliaros* significa caldo alla superficie, in Dioscoride significa tiepido, come dimostra la traduzione di Jean Ruel* del *De materia medica* (1549) II,55 CANDIDUM OVI: summe tepidum prodest vesicae rosionibus [...]. § Stando alla suddivisione in capitoli dell'edizione di Jean Ruel si tratta in effetti dell'azione dell'albumine. Invece Pierandrea Mattioli*, pur adottando la traduzione di Ruel, congloba nel capitolo II,44 OVUM i capitoli di Ruel 54 OVI NATURA e 55 CANDIDUM OVI. Pertanto dal dipanarsi del testo di Dioscoride riferito da Mattioli potrebbe essere aleatorio riuscire a individuare quanto appartiene all'effetto dell'uovo nella sua totalità oppure al solo albumine, ma solo se la lettura è assai frettolosa.

⁹¹⁶ Non riesco a immaginare una raucedine dovuta a qualcosa di caldo, salvo si tratti di una raucedine dovuta a una faringo-laringite provocata da una sorsata di liquido troppo caldo trangugiato inavvertitamente. § Altra ipotesi: una faringo-laringite scatenata da un cibo "caldo", ma non in senso termico: caldo in quanto metabolicamente scalda più degli altri, come le proteine, una quota delle quali viene trasformata in calore, e pertanto sconsigliate nella stagione estiva. Ma l'ipotesi della sorsata di liquido bollente mi sembra più verosimile, anche se alquanto rara come causa di raucedine.

tantum quae aliis ammiscentur. In ovum sorbibile mastiches [443] pulverem mittes, sed opus est ut mox coagitatum statim sorbeas, ne dilatione fiat crusta: quo exhausto facile {tussem} <tussim> sedabis, si id saepius feceris, Marcellus.

che vengono mescolate ad altri ingredienti. Metterai della polvere di resina di lentisco* in un uovo *à la coque*, ma è necessario berlo subito non appena è stato agitato, affinché a causa di un ritardo non si formi una crosta: dopo averlo bevuto calmerai la tosse facilmente, se lo farai piuttosto frequentemente, Marcello Empirico.

Pagina 443

Amylon datur cum ovo his qui sanguinem reiecerint: in vesicae vero dolore, semuncia amyli cum ovo et passi tribus ovis (ea nimirum passi mensura, quantam tres ovorum testae caperent) suffervefacta{,} a balineo, Plin⁹¹⁷. Ad vomitum nimium reprimendum sulphuris vivi pusillum, et ramenti de cornu cervi tantumdem, in ovo sorbili tritum et permixtum bibi utile est, Marcellus. Sulfur cum ovo sorptum expurgat in icteris, ut legitur in libello de cura icteri qui Galeno tribuitur. {Tussem} <Tussim> quamvis gravem maiorum natu intra quinque dies, parvulorum etiam intra triduum sanat, qui sulphuris triti quantum tribus digitis capere potest, in ovo semicocto sorbili per triduum ieiuno, aut per quinque dies dederit, Marcellus. In ovo sorbili cimicem unum contritum ieiunus ignorans qui sorbuerit, desinet vomere, hoc saepe expertum est, Idem. Medici liquida resina raro utuntur, et in ovo fere e larice, propter tussim ulceraque viscerum, Plinius⁹¹⁸. Eadem ratione sunt qui etiam catapotia ex ovo sorbili deglutiant, quod ita facile commodeque devorentur: sed hic ovum aliud nihil confert, ad tussim vero ulceraque viscerum ipsum quoque per se nonnihil iuvat.

Viene dato dell'amido con un uovo a coloro che hanno vomitato del sangue: ma nel dolore vescicale una semioncia [13,64 g] di amido con un uovo e tre uova di vino passito (ovviamente quella quantità di vino passito che tre gusci d'uovo erano in grado di contenere) fatta quasi bollire a bagnomaria*, Plinio*. Per reprimere un vomito eccessivo torna utile bere un pochino di zolfo puro* e una pari quantità di corno di cervo in schegge tritata in un uovo da bere, Marcello Empirico*. Lo zolfo bevuto con un uovo fa guarire in corso di itterizia*, come si legge in un trattatello sulla cura dell'ittero che viene attribuito a Galeno*. Fa guarire nel giro di cinque giorni una tosse anche grave negli adulti, nel giro di tre giorni nei bambini, colui che avrà somministrato per tre o per cinque giorni di seguito a digiuno in un uovo *à la coque* una quantità di zolfo ridotto in polvere corrispondente a quella che si può prendere con tre dita, Marcello Empirico. Colui che senza saperlo berrà a digiuno una cimice* tritata in un uovo *à la coque*, smetterà di vomitare, e ciò è stato spesso sperimentato, sempre Marcello. I medici si servono raramente di resina liquida, e generalmente di quella di larice messa nell'uovo, per la tosse e le ulcerazioni dei visceri, Plinio. Dello stesso avviso sono coloro che ingoiano anche delle pillole con un uovo da sorbire, in quanto in questo modo vengono assunte con facilità e senza disagio: ma a questo punto l'uovo non giova a null'altro, infatti anche da solo giova abbastanza in caso di tosse e di ulcere agli organi interni.

¶ Pars IIII. Remedia ex ovis crudis integris (id est cum albumine et vitello) absorptis, primum per se extra et intra corpus: deinde aliis admixtis. Ovum crudum utiliter mox imponitur ambustis, sive albumen tantum imponas lana molli exceptum, sive totum una cum vitello agitatam⁹¹⁹, (ἀναδέυσας:) refrigerat enim moderate et sine morsu siccatur, Galenus. Ad ignem sacrum⁹²⁰: Ovo crudo linies corpus

¶ SEZIONE 4 - RIMEDI OTTENUTI DALLE UOVA CRUDE ASSUNTE INTERE (CIOÈ CON ALBUME E TUORLO), DAPPRIMA DA SOLE PER VIA ESTERNA E INTERNA: QUINDI MISCHIATE AD ALTRI INGREDIENTI. L'uovo crudo viene applicato efficacemente e subito sulle ustioni, sia che tu applichi solamente l'albumen disposto su un panno di lana morbida, sia tutto quanto l'uovo sbattuto (*anadeúsas*) insieme al tuorlo: infatti rinfresca abbastanza e fa asciugare senza causare bruciore,

⁹¹⁷ *Naturalis historia* XXII,137: Datur cum ovo iis, qui sanguinem reiecerint, in vesicae vero dolore semuncia amyli cum ovo et passi tribus ovis suffervefacta a balineo.

⁹¹⁸ *Naturalis historia* XXIV,33: Medici liquida raro utuntur et in ovo fere, e larice propter tussim ulceraque viscerum — nec pinea magnopere in usu —, ceteris non nisi coctis. Et coquendi genera satis demonstravimus.

⁹¹⁹ Citazione già presente a pagina 436 e 438. In ambedue i casi dopo *totum c'è ovum*. - La citazione è tratta dall'XI libro del *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus*. Il verbo *anadeúo* significa bagnare, irrorare, inzuppare, impregnare.

⁹²⁰ Discussa è l'interpretazione di cosa fosse l'*ignis sacer*, che magari fu anche chiamato *ignis Persicus* - fuoco persiano. Umberto Capitani e Ivan Garofalo (*Naturalis historia* di Plinio, libro XXVIII, Einaudi, 1986) non citano il carbonchio, e puntualizzano che

ubi fervor fuerit, et desuper folium betae impones: miraberis sanitatem, Sextus. Ad epiphoras oculorum sedandas: Limaces complures tere in mortario novo et nitido, et adijce ibi ovum gallinaceum incoctum, et tinge illic lanam succidam, et fronti impone, Marcellus. Saepe boum languor et nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ovum ieiunis faucibus inferas, ac postero die spicas Ulpici⁹²¹ vel alii cum vino conteras, et in naribus infundas, Columella⁹²². Ovum si sorbeatur crudum, prodest contra sanguinis fluxum, eiusdemque mictum, Avicen. Alexander Trallianus ova cruda in renum inflammatione sorberi consulit. Ovum crudum si sorbeatur, sistit fluxum muliebrem, et reiectionem sanguinis superiorem, et arteriam attenuat, et clarificat. Facit etiam ad inflammationem ani, et rupturas, et ad omnem dolorem perfecte, Kiranides.

Ovum crudum sitim prohibet, et raucedinem emendat, ut in nothis Galeno attributis legimus. Raucus si ova incocta recentia singula per triduum ieiunus hauserit, statim remediabitur, Marcellus. Caeterum toto ovo crudo utimur, admixto rosaceo, ad inflammationes circa palpebras, aures et mamillas, quae ex ictu istarum partium vel aliter oboriuntur: item circa corpora nervosa, ut cubitum, tendines digitorum, vel articulos in manibus pedibusque, Galenus. Andromachus

Galeno. Contro il fuoco sacro - fuoco persiano*, carbonchio*, erisipela*, herpes zoster*: dovrai cospargere con uovo crudo quella parte del corpo dove c'è del bruciore, e vi metterai sopra una foglia di bietola: rimarrai meravigliato della guarigione, Sesto Placito Papiensiense*. Per abolire gli scoli di liquidi dagli occhi: pesta in un mortaio nuovo e lucente moltissime limacce e aggiungici un uovo crudo di gallina, intingici della lana inumidita e applicala sulla fronte, Marcello Empirico. Spesso la fiacchezza e l'inappetenza dei bovini viene rimossa se introduci a digiuno in bocca un uovo crudo di gallina, e il giorno seguente triti degli spicchi di aglio upiglio* o di aglio con del vino e li introduci nelle narici, Columella*. L'uovo se bevuto crudo è efficace contro la menorragia e l'ematuria, Avicenna*. Alessandro di Tralles* prescrive di bere uova crude in caso di infiammazioni renali. Se si beve un uovo crudo, esso fa cessare le mestruazioni nonché l'emottisi - lo sputare sangue, e mitiga le irritazioni tracheali, e schiarisce la voce. È anche efficace contro l'infiammazione dell'ano e le sue lacerazioni, e agisce perfettamente contro qualunque dolore, Kiranide*.

L'uovo crudo elimina la sete e fa passare la raucedine, come ho letto nelle opere spurie attribuite a Galeno. Uno che ha la raucedine se berrà a digiuno per tre giorni un uovo crudo fresco, guarirà subito, Marcello Empirico. Inoltre ci serviamo di tutto quanto l'uovo crudo, mischiandovi olio di rose, contro le infiammazioni delle palpebre, delle orecchie e delle mammelle che prendono origine da un trauma di queste zone o da qualcos'altro: parimenti per le aree sensibili, come il gomito, i tendini delle dita o le piccole articolazioni delle mani e dei piedi, Galeno.

Celso in *De medicina* V,26,31 e 28,4 fa una distinzione fra erisipela e herpes zoster (o fuoco di Sant'Antonio*), per cui il fuoco sacro dovrebbe poter corrispondere all'herpes zoster. Affascinanti problemi insoluti di medicina antica!

⁹²¹ Secondo Margaret R. Mezzabotta (WHAT WAS ULPICUM? - *The Classical Quarterly*, New Series, Vol. 50, No. 1 (2000), pp. 230-237) per i botanici moderni l'*ulpicum* corrisponderebbe all'*Allium ampeloprasum* - great-headed garlic in inglese. § Plinio *Naturalis historia* XIX,111-112: Alium ad multa ruris praecipue medicamenta prodesse creditur. Tenuissimis et quae spernantur universum velatur membranibus, mox pluribus coagmentatur nucleis, et his separatim vestitis, asperi saporis; quo plures nuclei fuere, hoc est asperius. Taedium huic quoque halitu, ut cepis, nullum tamen coctis. [112] Generum differentia in tempore — praecox maturescit LX diebus —, tum in magnitudine. Ulpicum quoque in hoc genere Graeci appellavere alium Cyprium, alii antiskorodon, praecipue Africae celebratum inter pulmentaria ruris, grandius alio. Tritum in oleo et aceto mirum quantum increscit spuma. Quidam ulpicum et alium in plano seri vetant, castellatimque grumulis inponi distantibus inter se pedes ternos. Inter grana digiti III interesse debent, simul atque tria folia eruperunt, sariri. Grandescunt, quo saepius sariuntur. § Garlic is generally supposed, in the country more particularly, to be a good specific² for numerous maladies. The external coat consists of membranes of remarkable fineness, which are universally discarded when the vegetable is used; the inner part being formed by the union of several cloves, each of which has also a separate coat of its own. The flavour of it is pungent, and the more numerous the cloves the more pungent it is. Like the onion, it imparts an offensive smell to the breath; but this is not the case when it is cooked. The various species of garlic are distinguished by the periods at which they ripen: the early kind becomes fit for use in sixty days. Another distinction, too, is formed by the relative size of the heads. Ulpicum³, also, generally known to the Greeks as "Cyprian garlic," belongs to this class; by some persons it is called "antiskorodon," and in Africa more particularly it holds a high rank among the dishes of the rural population; it is of a larger size than ordinary garlic. When beaten up with oil and vinegar, it is quite surprising what a quantity of creaming foam is produced. There are some persons who recommend that neither ulpicum nor garlic should be sown on level ground, but say that they should be planted in little mounds trenched up, at a distance of three feet apart. Between each clove, they say, there should be a distance of four fingers left, and as soon as ever three leaves are visible, the heads should be hoed; the oftener they are hoed, the larger the size they will attain. (<http://cts.perseus.tufts.edu> - Editions and translations: English ed. John Bostock, M.D., F.R.S., H.T. Riley, Esq., B.A.)

⁹²² *De re rustica* VI,4,2: Saepe etiam languor et nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ovum ieiunis faucibus inseras, ac postero die spicas ulpici vel alii cum vino conteras, et in naribus infundas; neque haec tantum remedia salubritatem faciunt.

apud Galenum in opere de compos. med. sec. locos, ova cruda integra duo immiscet medicamento cuidam composito ad sedem. Ova cruda cum passo oleique pari modo tussientibus dantur, Plin.⁹²³ Si quis purulentum tussit, (Ad puris et sanguinis excreationem, Plinius⁹²⁴) ovum crudum cum pari mensura succi de porro sectivo expressi, tantundemque optimi mellis (Graeci, Plin.) permixtum, calefactum ieiunus sorbeat, Marcellus. Ad phthisicos: Ova cruda duo in calicem verguntur, eo adijciuntur olei optimi, gari floris, passi Cretici, singulorum unciae quinque. cumque haec in calicem conieceris, axungiae vetustissimae tantundem in vase igne dissolves, eundemque liquorem calidum caeteris rebus adijcies: omniaque pariter super aquam ferventem remittes, et calida phthisicis bibenda praebabis, Marcellus.

Ova in aceto macerata ut emolliatur putamen, cum farina in pane subigunt: quibus coeliaci recreantur. quidam ita resoluta (aceto mollita) in patinis torreri utilius putant. quo genere non alvos tantum, sed et menses foeminarum sistunt: aut si maior sit impetus, cruda (praemollita aceto) cum farina ex aqua hauriuntur, Plinius⁹²⁵. Ova ex aceto decocta ardores urinae, renum ulcera ac vesicae mirifice tollunt: et multo magis, si nuper nata et cruda excusso albamento deglutieris, Platina. vide etiam in Vitelli remediis infra. Ova cruda dysentericorum qui ardorem sentiunt clysteribus adduntur, cum vino modico ac largo rosaceo conquassata, Aetius. Qui praecordiorum ardore vexantur, si etiam febres et lumbricos habeant, hoc remedio sanabuntur: Ovum crudum summitter apertum exinanes, idque implebis oleo viridi, et defundes: et lotio virginis pueri implebis, et defundes: tum adijcies parum mellis, et in unum cum ovi ipsius interioribus permiscebis, et potandum ieiuno dabis. hoc et stercus vetustissimum et lumbricos noxios pellit, et febrem acutissimam relevat, Marcellus. Ad secundas mulieris morantes: Sapae cyathos duos, ovum crudum unum, et aquae calidae quod satis est, simul mixta bibenda praebeto. Et si sequitur quidem, confestim ipsam subvertet, eaque vomente

Andromaco* in Galeno, nel trattato *De compositione medicamentorum secundum locos*, mescola a un medicamento composto contro le affezioni del sedere due uova crude intere. A coloro che hanno la tosse vengono somministrate uova crude con vino passito e la stessa quantità di olio, Plinio. Se qualcuno ha una tosse con escreato purulento (Contro un escreato purulento ed emorragico, Plinio), deve bere a digiuno un uovo crudo scaldato e mescolato con una quantità identica di succo ottenuto spremendo del porro da cucina e miscelato alla stessa quantità di ottimo miele (Plinio dice *greco*), Marcello Empirico. Per i tiscici: Si versano due uova crude in una coppa, vi si aggiungono cinque once ciascuno di ottimo olio, di fior fiore di salsa di pesce, di vino passito di Creta*. E dopo che avrai messo queste cose in una coppa, farai sciogliere col fuoco in un vaso la stessa quantità di grasso vecchissimo, e aggiungerai questo liquido caldo alle altre cose: e parimenti le metterai tutte quante sopra a dell'acqua che sta bollendo e le darai da bere calde ai tiscici, Marcello.

Impastano con la farina per farne del pane le uova macerate nell'aceto in modo che il guscio si rammollisca: dalle quali coloro che soffrono di dolori intestinali vengono risolti. Alcuni ritengono più utile che vengano abbrustolite in padella dopo averle così rammollite (ammorbidite in aceto). Preparate in questo modo bloccano non solo la diarrea, ma anche le mestruazioni: oppure se il flusso è abbastanza intenso, vengono inghiottite crude (prima ammorbidite in aceto) con farina e acqua, Plinio. Le uova fatte cuocere in aceto fanno regredire in modo meraviglioso la stranguria, le ulcerazioni renali e vescicali, e lo fanno molto di più se le deglutisci appena deposte e crude dopo aver eliminato l'albume, Platina*. Vedi anche più avanti tra i rimedi ottenuti dal tuorlo. Le uova crude vengono aggiunte ai clisteri per i dissenterici che accusano bruciori, sbattute con poco vino e una buona quantità di olio di rose, Ezio di Amida*. Coloro che soffrono di bruciori di petto, anche se hanno la febbre e sono infestati dai vermi, verranno guariti da questo rimedio: Svuoterai un uovo crudo aperto alla sommità e lo riempirai di olio verde e lo verserai fuori: e lo riempirai con urina di ragazzo vergine e la verserai fuori: quindi metterai un piccola quantità di miele e mescolerai fino a farla diventare un tutt'uno con il contenuto dell'uovo stesso, e lo darai da bere a digiuno. Questa preparazione espelle le feci che ristagnano da molto tempo e i vermi nocivi, e riduce la febbre molto alta, Marcello Empirico. Contro il ritardo di espulsione della

⁹²³ *Naturalis historia* XXIX,47: Dantur et tussientibus cocta et trita cum melle et cruda cum passo oleique pari modo

⁹²⁴ *Naturalis historia* XXIX,47: Ad puris et sanguinis excreationes ovum crudum cum porri sectivi suco parique mensura mellis Graeci calefactum hauritur.

⁹²⁵ *Naturalis historia* XXIX,49: Maceratorum in aceto molliri diximus putamen; talibus cum farina in panem subactis coeliaci recreantur. Quidam ita resoluta in patinis torrere utilius putant, quo genere non alvos tantum, sed et menses feminarum sistunt, aut, si maior sit impetus, cruda cum farina et aqua hauriuntur. Et per se lutea ex iis decocuntur in aceto, donec indurescant, iterumque cum trito pipere torrentur ad cohibendas alvos.

confestim ipsam subvertet, eaque vomente statim {secunda eijcietur} <secundae eijcietur>. Si vero non excideri<n>t, {foenungraecum} <foenumgraecum> cum aqua coquito ad tertias. praebe bibendum. est enim probatum, Nic. Myrepsus.

¶ Pars V. Remedia ex ovis duris et ustis. Ova elixando indurata, assa et frixa, miscentur medicamentis iis quae humores (fluxiones) exiccare possunt, Galenus. In ovis est astrictio, et proprie in vitello eorum assato, Avicenna. Alvim astringunt dura ova, magisque si assa sunt, Celsus⁹²⁶. Ova assata in cinere sine fumo, medentur solutioni ventris et dysenteriae, (quod et in nothis quibusdam Galeno adscriptis legitur) cum sumuntur cum aliquibus astringentibus et aqua agrestae: item asperitati (ulcerationi) intestinorum ac vesicae, Avicenna. Galenus hoc scribit de ovis in aceto coctis, ut inferius referetur. Ova tota sistunt et menses mulierum cocta et ex vino pota, (dura intelligo,) [444] Plinius⁹²⁷ ut quidam citat.

Si quae mulier menses ordinato tempore non habuerit, tria ova recentia ad duritiem cocta, putamine separata, et minutatim concisa lateri ignito infundat, et vaporem (quod per canalem aut infundibulum fieri poterit) utero concipiat: sic fiet ut paulatim hoc vitium emendetur, Ex libro Germanico manuscripto. videtur autem hoc remedium, non provocandis mensibus, sed coercendis illis qui intempestive fluunt destinatum esse. Ova cocta et cum melle trita tussientibus dantur, Plinius⁹²⁸. videtur autem de duris intelligere, ut supra exposui. Ex ovo duro interius quod est (albumen nimirum una cum vitello) passo intritum, adiectis aquae calidae cyathis duobus, si antequam cubitum eas biberis, quietiorem a tussi maiorem partem noctis habebis, et eius potionis adsiduitate sanabere, Marcel. Putant aliqui ova diutissime elixa et indurata immodice, homini venenum

placenta della donna: Dà da bere due ciati [circa 100 ml] di mosto cotto, un uovo crudo e quanto basta di acqua calda miscelati insieme. E se si conforma alla prescrizione, la metterà subito sottosopra, e mentre lei sta vomitando la placenta verrà espulsa. Ma se non sarà uscita, fa cuocere del fieno greco* con dell'acqua fino a ridurla a un terzo. Dalla da bere. Infatti è collaudato, Nicolaus Myrepsus*.

¶ SEZIONE 5 - RIMEDI OTTENUTI DA UOVA SODE E ARROSTO. Le uova bollite sode, arrostate e fritte, vengono mescolate a quei medicamenti che sono in grado di bloccare gli umori (i flussi di liquidi), Galeno. Nelle uova risiede un potere astringente, e in modo specifico nel loro tuorlo arrostito, Avicenna. Le uova dure agiscono da astringente intestinale, e ancor più se sono arrostate, Celso*. Le uova arrostate nella cenere senza fumo fanno guarire la diarrea e la dissenteria (lo si può leggere anche in testi spuri attribuiti a Galeno) quando vengono assunte con qualche astringente e con acqua di agresta*: parimenti giovano in caso di scabrosità (ulcerazione) dell'intestino e della vescica, Avicenna. Galeno lo scrive a proposito delle uova cotte in aceto, come verrà riferito oltre. Le uova intere bloccano anche i flussi mestruali se sono cotte e bevute con del vino (io intendo sode), Plinio, come qualcuno cita.

Pagina 444

Se una donna non ha avuto le mestruazioni alla scadenza stabilita deve porre su un mattone arroventato tre uova fresche cotte sode, senza guscio, e finemente tritate, e faccia entrare fino all'utero il vapore (e ciò si potrà ottenere attraverso un tubo o un imbuto): in questo modo si verificherà che poco a poco questo disturbo si risolverà, da un libro tedesco manoscritto. Ma sembra che questo rimedio è destinato non a provocare le mestruazioni ma ad arrestare quelle che arrivano in anticipo. Le uova cotte e tritate con miele vengono date a coloro che hanno la tosse, Plinio*. Ma sembra che voglia intendere quelle sode, come ho riferito prima. Ciò che si trova all'interno di un uovo sodo (ovviamente l'albume insieme al tuorlo) tritato in vino passito, con l'aggiunta di due ciati [100 ml] di acqua calda, se lo berrai prima di coricarti, avrai gran parte della notte senza quasi essere tormentato dalla tosse, e bevendo con assiduità questa pozione guarirai, Marcello Empirico*. Alcuni ritengono che le uova fatte

⁹²⁶ *De medicina* II,30,2: Contra astringunt panis ex siligine vel ex simila, magis si sine fermento est, magis etiam si ustus est, [...] [2] dura ova, magisque si assa sunt; [...].

⁹²⁷ Si traduce *ova tota* con *uova intere*, ma secondo Plinio sarebbe scorretto. Infatti egli sta parlando di *lutea*, di tuorli, ma quel *totis ovis pridie maceratis* diventa fuorviante in una citazione enucleata dal resto, inducendo ad assumere intere le uova per arrestare le mestruazioni anziché solo i tuorli: *Naturalis historia* XXIX,44: Et, cum opus sit, abellanae nucis magnitudine ex aqua pota, item ex oleo fricta terna, totis ovis pridie maceratis in aceto; sic et lientericis, sanguinem autem reicientibus cum III cyathis musti. Utuntur isdem ad liventia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle. Sistunt et menses mulierum cocta et e vino pota, inflationes quoque vulvae cruda cum oleo ac vino inlita.

⁹²⁸ *Naturalis historia* XXIX,47: Dantur et tussientibus cocta et trita cum melle et cruda cum passo oleique pari modo.

elixa et indurata immodice, homini venenum fieri.

¶ Albumen et totum combustum ovum, et cum vino vel aceto potum vel impositum, omnes fluxus stringit, Constantinus. alii ex Aesculapio, nulla albumine mentione facta, sic legunt, Ovum totum combustum, etc. Ad sanguinis reiectionem e pectore, Ovorum cinis prodesse putatur, Serenus. Ad profluvium mulieris: Gallinae ovum totum comburas et conteras, et in vino mixtum illinies, restringit; Sextus. vide in Testa ovi usta inferius.

¶ Pars VI. Remedia ex ovis cum aceto coctis, aut solum in eum maceratis et emollitis. Si aceto coctum edatur ovum, exiccat fluxiones ventris, Galenus et Symeon Sethi. quod si etiam admiscueris aliquid eorum quae dysentericis et coeliacis prosunt, deinde super igne mediocri et minime fumoso, qualis carbonum est, frixeris, et exhibueris aegris, non parum eos adiuveris. Convenienter autem addetur huic remedio omphacium et rhus, tum ruber dictus⁹²⁹ qui obsoniis aspergitur, tum succus ipsius: et galla, et sidia⁹³⁰, et cinis cochlearum quae integrae tostae fuerint: nec non vinacea, et fructus myrti, mespili, corni. his medicatiora sunt balaustia, et hypocist{h}is, et cytini⁹³¹, Galenus. Ova cocta sicut sunt (in testa sua nimirum) cum aceto, prohibent effusionem humorum ad stomachum et intestina, et fluxum ventris et dysenteriam: et medentur asperitati gulae et ventriculi, Avicenna. Ex aceto decocta ardores urinae, renum ulcera ac vesicae mirifice tollunt: et multo magis si nuper nata et cruda excusso albamento deglutieris, Platina.

Maceratorum in aceto putamen mollitur, talibus cum farina in pane subactis, coeliaci recreantur. Quidam ita resoluta (aceto mollita) in patinis torreri utilius putant. Quo genere non alvos tantum, sed et menses foeminarum sistunt aut si maior sit impetus, cruda (praemollita tamen aceto) cum farina ex aqua hauriuntur{:}<.> Et per se lutea ex iis {decocta} <decocuntur> in aceto donec

bollire molto a lungo e rese sode in modo esagerato, diventano un veleno per l'essere umano.

¶ L'albumen e l'uovo intero abbrustolito, e bevuto oppure applicato localmente con vino o con aceto, riduce ogni tipo di flusso, Costantino Africano*. Altri, deducendolo da Esculapio*, senza fare alcuna menzione dell'albumen, interpretano nel modo seguente: L'uovo intero abbrustolito, etc. Contro l'emottisi - lo sputare sangue: Si ritiene che la cenere delle uova torna vantaggiosa, Sereno Sammonico*. Contro la menometrorragia: Devi abbrustolire un uovo intero di gallina e tritarlo, e lo spalmerai dopo averlo mischiato a del vino, agisce da astringente, Sesto Placito Papiriense*. Vedi oltre a proposito del guscio d'uovo incenerito.

¶ SEZIONE 6 - RIMEDI OTTENUTI DA UOVA COTTE IN ACETO, OPPURE SOLAMENTE MACERATE E AMMORBIDITE IN ACETO. Se si mangia un uovo cotto in aceto, fa cessare la diarrea, Galeno* e Simeon Sethi*. E se gli mischierai anche qualcuno di quei rimedi che giovano ai dissenterici e a coloro che soffrono di dolori intestinali, e quindi lo farai friggere sopra a un fuoco moderato e praticamente senza fumo, come è quello dei carboni, e lo darai ai malati, gioverai loro non poco. Ma tornerà utile aggiungere a questo rimedio dell'agresta* e del sommacco*, detto anche *rosso*, che viene cosparso sui cibi, quindi del succo dello stesso: e del vino aspro, e scorze di melagrana*, e cenere di chioccioline che siano state arrostate intere: e così pure vinaccioli, e frutti di mirto*, di nespolo*, di corniolo*. I fiori di melograno, l'ipocisto* e i calici dei fiori di melograno sono più efficaci di questi ultimi ingredienti, Galeno. Le uova cotte in aceto così come sono (cioè nel loro guscio), inibiscono la fuoriuscita di liquidi verso lo stomaco e l'intestino, nonché la metrorragia e la dissenteria: e curano l'irritazione di gola e di stomaco, Avicenna*. Cotte in aceto fanno regredire in modo meraviglioso la stranguria, le ulcerazioni renali e vescicali, e lo fanno molto di più se le deglutisci appena deposte e crude dopo aver eliminato l'albumen, Platina*.

Il guscio di quelle macerate in aceto si rammollisce, e i sofferenti di dolori intestinali vengono risolti da siffatte uova impastate con farina per fare il pane. Alcuni ritengono più utile che vengano abbrustolite in padella dopo averle così rammollite (ammorbidite in aceto). Preparate in questo modo bloccano non solo la diarrea, ma anche le mestruazioni, oppure se il flusso è abbastanza intenso, vengono inghiottite crude (tuttavia prima ammorbidite in aceto) con farina e acqua. I loro

⁹²⁹ Pierandrea Mattioli* in *Commentarii in libros sex Pedacii Dioscoridis Anazarbei De Materia Medica*, 1554, pag. 123 riporta il testo di Dioscoride relativo al sommacco con le seguenti parole: Rhus, quae obsoniis aspergitur, ab aliquibus erithros appellata, [...]. Anche Ippocrate* in *De morbis mulierum* II,181 scrive: ῥοῦς ἐρυθρός, sommacco rosso. § Il sostantivo ῥοῦς deriva da ῥέω, scorrere, fluire.

⁹³⁰ Il sostantivo greco neutro *sidion* significa scorza di melagrana. La melagrana corrisponde al sostantivo femminile *sidē*.

⁹³¹ Non sapendo a cosa corrispondesse il κύτινος per Galeno, lo traduciamo con calice del fiore di melograno. Secondo Dioscoride corrispondeva invece all'ipocisto.

indurescant: iterumque cum trito pipere torrentur ad cohibendas alvos, Plinius⁹³². Coeliacos recreabis pane, | Quem madido farre efficies ac mollibus ovis, | Quorum testa fero prius emollescat aceto, Serenus. Ova in aceto cum testis suis macerata, et alio die in patella infusa ibique tosta, coeliacis in cibo data plurimum prosunt, Marcellus. Ova decoquuntur ex aceto donec indurescant, et vitelli eorum tosti cum pipere esui coeliaco dantur, cito medentur, Marcellus.

Tussis in equo (inquit Theomnestus in Hippiatricis Graecis) quam aestus aut pulvis excitavit, iis remediis abigitur. Ova quinque cum suis putaminibus in aceto acri cum advesperascere coeperit, macerabis. diluculo deprehendes exteriorum callum intabuisse, sic ut ea prorsus emollescant: qualia videri solent quae intempestive ponuntur et praecoci partu gallinarum eduntur: quorum folliculus tactui non renitens, in vesicae modum liquoris capax remanet. Ubi os diduxeris, linguam educens, integra singillatim faucibus impelles: singula auripigmento convolves. sed caput sublime teneatur, dum singula devorant. Sub haec autem foenigraeci [fenograeci] aut ptisanarum cremor melle dilutus infunditur. ea triduo data vitium extenuabunt, Haec ille. Ad lentiginem faciei, Pone in acerrimo aceto ova septem integra, et tandiu dimitte ibi donec exterior testa in modum interioris pelliculae mollescat, et cum eis admisce pulveris sinapis unc. 4. et simul tere et in faciem inunge frequenter, Trotula⁹³³.

Ad scabiem pruritusque: Ova gallinae integra in acetum acerrimum demitte per diem noctemque: quae si tria fuerint, ipsis cum putaminibus in eodem aceto contritis adijce sulphuris ignem non experti, arsenici scissilis, urvae taminiae, cerussae, spumae argenti, nerii succi, singulorum unciam unam, olei veteris quantum satis est, omnibus contritis obline in balneo, Galenus Eupor. 3.77. Ova decem in aceto acerrimo macerata, quoad omnis

tuorli vengono cotti anche da soli in aceto fino a farli indurire: e poi si fanno nuovamente tostare con pepe tritato per arrestare la diarrea, Plinio. Farai stare meglio chi soffre di dolori intestinali con del pane che farai con farro* inzuppato e con uova crude il cui guscio deve prima rammollirsi in aceto molto forte, Sereno Sammonico. Le uova fatte macerare in aceto insieme al loro guscio e versate in una padella il giorno seguente e qui abbrustolite, somministrate come cibo ai sofferenti di dolori intestinali giovano moltissimo, Marcello Empirico. Le uova vengono fatte cuocere in aceto fino a diventare sode, e i loro tuorli abbrustoliti con del pepe vengono dati da mangiare ai sofferenti di dolori intestinali, vengono rapidamente guariti, Marcello.

Nel cavallo (dice Teomnesto* nel *Corpus Hippiatricorum Graecorum - Veterinariae medicinae libri duo*) la tosse che la calura oppure la polvere ha fatto insorgere viene rimossa con i seguenti rimedi. Quando avrà cominciato a farsi sera farai macerare cinque uova con i loro gusci in aceto forte. All'alba controllerai che lo strato esterno si sia ammorbidito, in modo che possano completamente rammollirsi: come sogliono presentarsi quelle deposte anzitempo e che vengono emesse a causa di un parto precoce delle galline: il loro involucro, pur non opponendo resistenza al tatto, rimane in grado di contenere il liquido come se fosse una vescica. Quando gli avrai aperto la bocca, tirandogli fuori la lingua, le spingerai in gola intere una a una: le ricoprirai una a una con del colorante color oro. Ma la testa deve essere tenuta rivolta verso l'alto finché non le avrà inghiottite una ad una. Dopo queste si somministra un succo di fieno greco* o di orzo perlato* stemperato nel miele. Somministrate per tre giorni attenueranno la malattia, queste le sue parole. Contro le lentiggini al volto: Metti in aceto molto forte sette uova intatte, e lasciaccele fintanto che il guscio non si è rammollito come la membrana interna, e mescolaci quattro onces [109,12 g] di senape* in polvere e disfacele insieme e applicale spesso sulla faccia, Trotula De Ruggiero*.

Contro la scabbia* e il prurito: Metti per un giorno e una notte delle uova intatte di gallina in aceto molto forte: se saranno tre, dopo averle disfatte nel medesimo aceto coi gusci, aggiungici un'oncia ciascuno [27,28 g] di zolfo* che non ha conosciuto il fuoco - latte di zolfo -, di arsenico* sfaldabile, di urvae taminia - brionia nera o tamaro* -, di biacca*, di litargirio*, di succo di oleandro*, quanto basta di olio vecchio, e dopo averli pestati applicali facendo un bagno, Galeno - Oribasio* - *Euporista* III,77. Fa macerare in aceto molto forte dieci

⁹³² *Naturalis historia* XXIX,49: Maceratorum in aceto molliri diximus putamen; talibus cum farina in panem subactis coeliaci recreantur. Quidam ita resoluta in patinis torrere utilius putant, quo genere non alvos tantum, sed et menses feminarum sistunt, aut, si maior sit impetus, cruda cum farina et aqua hauriuntur. Et per se lutea ex iis decocuntur in aceto, donec indurescant, iterumque cum trito pipere torrentur ad cohibendas alvos.

⁹³³ Verosimilmente la ricetta è tratta dal *Trotula minor* o *De ornatu mulierum*, un trattato sui cosmetici, le malattie della pelle e la loro cura di Trotula De Ruggiero.

ipsorum testa marcescat et mollescat. Dein coquito ova cum aceto, et luteis ipsorum cum rosaceo et aceto laevigatis, adijce lithargyri unciam semis. Mixta et subacta bene redige ad glutinis crassitudinem et illine, Nicol. Myrepsus.

¶ Pars VII. Remedia aliquot ex ovis permixtis cum aliis diversis remediis efficacioribus. Etsi in praecedentibus etiam remedia aliquot ex ovis memoravimus, ubi ea cum aliis quibusdam miscentur. sunt enim ova (ut ab initio huius capituli dictum est ex Galeno) veluti materia plurimis aliis medicamentis. visum est tamen hoc in loco separatim quaedam recensere, huiusmodi praesertim ubi longe potentioribus remediis ova adduntur, ita ut prope materiae solum instar eis sint, nec aliud quicquam suapte vi aut minimum conferant. Cum balsamitis (vox videtur corrupta, legerim diversis) rebus mixta ova, multis subveniunt aegritudinibus, Constantinus. Adversus ictus serpentium cocta ova tritaque adiecto nasturtio illinuntur, Plin.⁹³⁴ Contra fungos gallinarum ova cum posca pota prosunt, addita aristolochiae drachma, Dioscorides⁹³⁵. Scabiem corporum ac prurium oleo et cedria mixtis tollunt: ulcera quoque humida in capite cyclamino admixta, Plinius⁹³⁶. Ovaeque cum betis prosunt saepe illita tritis, Serenus inter ignis sacri⁹³⁷ remedia.

uova fintanto che il loro guscio non sia diventato avvizzito e molle. Quindi fa cuocere le uova con l'aceto, e aggiungi ai loro tuorli ammorbiditi con olio di rose e aceto mezza oncia di litargirio. Dopo averli mischiati e impastati per bene portali alla consistenza della colla e spalmali, Nicolaus Myrepsus*.

SEZIONE 7 - ALCUNI RIMEDI OTTENUTO DA UOVA MISCHIALE AD ALTRI RIMEDI PIÙ EFFICACI. Del resto ho menzionato anche nelle sezioni precedenti alcuni rimedi ottenibili dalle uova quando esse vengono mischiate con alcuni altri componenti. Infatti le uova (come si è detto all'inizio di questo capitolo) sono per così dire l'eccezione per moltissimi altri medicinali. Tuttavia mi è parso opportuno esaminarne alcuni separatamente in questa sezione, soprattutto quelli in cui le uova vengono aggiunte a rimedi di gran lunga più potenti, cosicché esse rappresentano praticamente solo l'eccezione, senza aggiungere assolutamente nulla con la propria efficacia. Le uova mischiate a *balsamitis* (il vocabolo sembra corrotto, io leggerei *diverse*) cose giovano a parecchie malattie, Costantino Africano. Le uova sode e tritate con aggiunta di nasturtio* vengono applicate contro i morsi dei serpenti, Plinio. Contro i funghi tornano utili le uova di gallina bevute con acqua e aceto con l'aggiunta di una dracma [3,41 g] di aristolochia*, Dioscoride*. La scabbia e il prurito del corpo vengono rimossi dall'olio d'oliva e dall'olio di cedro* mischiati all'uovo: mischiato al ciclamino*, anche le ulcere secernenti del cuoio capelluto, Plinio. E le uova giovano se applicate con le bietole tritate, Sereno Sammonico fra i rimedi contro il fuoco sacro.

Pagina 445

Ova lacti commista (oogula) <oogala⁹³⁸> vocant) [445] dysentericis prosunt, Aetius 9.45. Torminibus quoque multi medentur, ova bina cum aliis piscis (cum alii spicis) quatuor una atterendo, vinique hemina calefaciendo, atque ita potui dando, Plinius⁹³⁹. Fit et dysentericis remedium singulare, ovo effuso in fictili novo, eiusdemque ovi mensura, ut paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo, confusis crebroque permixtis. Quo fuerint ea excellentiora, hoc praesentius remedium erit.

Le uova mischiate al latte (le chiamano *oogala* - uovo latte) sono utili ai dissenterici, Ezio di Amida* IX,45. Molti curano anche i dolori intestinali tritando due uova insieme a quattro *alii piscis* (insieme a quattro spicchi d'aglio - *alii spicis*), e scaldando un'emina [250 ml] di vino, e dandoli così da bere, Plinio*. Si prepara anche un singolare rimedio per i dissenterici con un uovo versato in un vaso di terracotta nuovo, e, in misura uguale a quella dell'uovo, in modo che tutti gli ingredienti siano in dose uguale, del miele, subito dopo dell'aceto e così pure dell'olio, mescolandoli e

⁹³⁴ *Naturalis historia* XXIX,47: [...] adversus ictus serpentium cocta tritaque adiecto nasturtio inlinuntur.

⁹³⁵ VI,23: Adversus fungos gallinacea ova cum posca proficiunt, adiecta aristolochiae drachma.

⁹³⁶ *Naturalis historia* XXIX,47: Tota ova adiuvant partum cum ruta et anetho et cumino pota e vino. Scabiem corporum ac prurium oleo et cedria admixtis tollunt, ulcera quoque umida in capite cyclamino admixta.

⁹³⁷ Discussa è l'interpretazione di cosa fosse l'*ignis sacer*, che magari fu anche chiamato *ignis Persicus* - fuoco persiano*. Umberto Capitani e Ivan Garofalo (*Naturalis historia* di Plinio, libro XXVIII, Einaudi, 1986) non citano il carbonchio*, e puntualizzano che Celso in *De medicina* V,26,31 e 28,4 fa una distinzione fra erisipela* e herpes zoster* (o fuoco di Sant'Antonio*), per cui il fuoco sacro dovrebbe poter corrispondere all'herpes zoster. Affascinanti problemi insoluti di medicina antica!

⁹³⁸ Il sostantivo neutro *ὄογάλα* è composto da *ὄόν* = uovo e *γάλα* = latte. È un termine che compare per esempio in Ezio di Amida IX,45 e in Paolo di Egina* III,42 e VI,8.

⁹³⁹ *Naturalis historia* XXIX,50: Torminibus quoque multi medentur ova bina cum alii spicis IIII una terendo vinique hemina calefaciendo atque ita potui dando.

Alii eadem mensura pro oleo et aceto resinam adiiciunt rubentem, vinumque: et alio modo temperant, olei tantum mensura pari, pineique corticis duabus sexagesimis {denariorum} <denarii>, una eius quod rhus diximus, mellis obolis quinque simul decoctis, ita ut cibus alius post quatuor horas sumatur, Idem⁹⁴⁰. Tota ova adiuvant partum cum ruta et anetho et cumino pota ex vino, Plin.⁹⁴¹ Ova gallinarum imparia in urina asini elixata et esa, nephriticos et colicos sanabunt mirifice, Kiranides.

¶ Ovi testa aliquando mensurae usum praebet medicamentis quibusdam, quibus fere etiam ipsum ovum (hoc est interiora, albumen et vitellus) adiicitur. Marrubij succum Castor in ovum inane conijcit, ipsumque ovum infundit melle equis portionibus tepefactum, vomicas rumpere, purgare, persanare promittens, Plin.⁹⁴² Ad vomicam aut similem tumorem, Ovum defundes in fictile, deinde putamen | Marrubii succo implebis, post melle liquenti | Omnia consociata tepenti prospera potu | Sumuntur, reserantque malum, purgantque levantque, Serenus. Sed clarius idem medicamentum a Marcello traditur, his verbis: Ovum incoctum (crudum) in calicem defunditur, et testa eius succo marrubii impletur, et in ipsum (eundem scilicet in quem ovum depletum est) calicem defunditur: et mellis optimi despumati tantundem. omnia haec in se permiscentur, ac tepefacta hauriuntur, miro modo vomicas rumpunt, et ad sanitatem laborantem stomachum perducunt. Ovum recentissimum aperies, et in calicem vacuabis, ac testam eius implebis melle optimo despumato, nec non oleo viridi bono, et in ipsum (eundem in quem defusum est ovum,) ac simul omnia permiscebis, et diu agitabis: ac postea in calida aqua ipsum calicem tepefacies, et sic dabis dysenterico cui medendum erit, mire proderit, Idem Marcellus.

rimescolandoli ripetutamente. Quanto più i componenti saranno eccellenti, tanto più questo rimedio sarà efficace. Altri al posto dell'olio e dell'aceto mettono in pari misura della resina rossa e del vino: fanno il miscuglio anche in modo diverso, una quantità di olio in misura uguale e con due sessantesimi di denario* [100 mg] di corteccia di pino, un sessantesimo di ciò che chiamiamo sommacco*, cinque oboli [circa 2,5 g] di miele fatti cuocere insieme, in modo che dopo quattro ore si possa assumere dell'altro cibo, sempre Plinio. Facilitano il parto le uova bevute intere con vino insieme alla ruta*, all'aneto* e al cumino*, Plinio. Un numero dispari di uova di gallina fatte bollire in urina d'asino e poi mangiate, faranno guarire in modo meraviglioso i nefritici e coloro che soffrono di coliche renali, Kiranide*.

¶ Talora il guscio d'uovo offre un impiego di notevole valore per alcuni tipi di medicinali, ai quali viene aggiunto praticamente anche l'uovo stesso (cioè le parti interne, albume e tuorlo). Antonio Castore*, garantendo di far scoppiare, spurgare e risanare gli ascessi, mette dell'estratto di marrubio* in un uovo vuoto, e versa sopra agli ascessi lo stesso uovo intiepidito insieme a del miele in parti uguali, Plinio. Contro un ascesso o un gonfiore dello stesso tipo: Verserai un uovo in un vaso d'argilla, e quindi riempirai il guscio con dell'estratto di marrubio, poi il tutto unito a del miele liquido tiepido viene bevuto con profitto, e fa aprire il bubbone, e lo fa spurgare, e lo fa scomparire, Sereno Sammonico*. Ma lo stesso medicamento viene tramandato in modo più chiaro da Marcello Empirico* con queste parole: Un uovo non cotto (crudo) lo si mette in una coppa, e il suo guscio viene riempito con del succo di marrubio, e viene versato nello stesso calice (cioè lo stesso in cui l'uovo è stato svuotato): e altrettanto ottimo miele raffinato. Tutte queste cose vengono mischiate tra loro e vengono bevute tiepide, in modo meraviglioso fanno scoppiare gli ascessi e fanno guarire uno stomaco sofferente. Aprirai un uovo appena depresso e lo svuoterai in un calice e riempirai il suo guscio con dell'ottimo miele raffinato nonché con dell'olio verde buono, e mescolerai il tutto insieme nello stesso (lo stesso calice in cui l'uovo è stato versato), e agiterai a lungo: e successivamente farai intiepidire lo stesso calice in acqua calda, e lo darai così al dissenterico che bisognerà curare, gioverà in modo meraviglioso, sempre Marcello Empirico.

⁹⁴⁰ *Naturalis historia* XXIX,50: Fit et dysintericis remedium singulare ovo effuso in fictile novum eiusdemque ovi mensura, ut paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo confusis crebroque permixtis; quo fuerint ea excellentiora, hoc praesentius remedium erit. alii eadem mensura pro oleo et aceto resinam adiciunt rubentem vinumque; et alio modo temperant, olei tantum mensura pari pineique corticis II sexagensimis denarii, una eius quod rhus diximus, mellis obolis V simul decoctis, ita ut cibus alius post IIII horas sumatur.

⁹⁴¹ *Naturalis historia* XXIX,47: Tota ova adiuvant partum cum ruta et anetho et cumino pota e vino.

¹⁰⁹⁸ *De natura deorum* II,129: Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque is, quae procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. Etsi pisces, ut aiunt, ova cum genuerunt, relinquunt, facile enim illa aqua et sustinentur et fetum fundunt; testudines autem et crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova, deinde discedere: ita et nascuntur et educantur ipsa per sese. Iam gallinae avesque reliquae et quietum requirunt ad pariendum locum et cubilia sibi nidosque construunt eosque quam possunt mollissime substernunt, ut quam facillime ova serventur; e quibus pullos cum excuderunt, ita tuentur, ut et pinnis foveant, ne frigore laedantur, et, si est calor a sole, se opponant; cum autem pulli pinnulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, reliqua cura liberantur.

Columella¹¹⁰⁰ ova excludere dixerunt, et anserculum excussum. Καὶ ὅπoταν ἡ ὄρνις αἰσθῆται τὸν νεοττὸν κινηθέντα ἰσχυρῶς, κολάψασα ἐξέλεψεν, Hippocrates. Οἱ ἄρρηνες τῶν περιστερῶν ταῖς θηλείαις συνεκλέπουσι τὰ ὠά, Porphyrius libro 3. de abstinento ab animatis. Ἐκβάλλειν τοὺς νεοττούς, et ἐκγλύφειν τὰ ὠά legimus apud Varinum in Alcyone. et in eadem significatione ἐκκολάπτειν verbum in Lexico Graecolatino vulgari: et nomen ἐκκόλαψις τῶν ὠῶν.

¶ Italis chioccia vocatur gallina quae pullos alit, hoc est glociens vel glocitans. nostris ein Gluggere eadem origine: incubans vero ein Brüttere. Illam Latine matricem dixeris, Matricem glocitaticem Grapaldus nominat. Gallina gracillat, Author Philomelae¹¹⁰¹. Gybertus Longolius gallinas crocitanes dixit¹¹⁰². Κακκάζειν verbum est Atticum de gallinis vocem {a}edentibus circa partum, Hesychius¹¹⁰³ et Varinus. huic simile est illud nostrum, gaggsen. Vocibus crebrum singultat acutis parturiens, Politianus de gallina¹¹⁰⁴. Pollux hoc verbum de Meleagridum voce in usu esse scribit. Ἀλεκτορίς γὰρ βοῶσα συνεχῶς λυπηρόν ἄκουσμα: ὁ δὲ μιμούμενος ἀλεκτορίδα βοῶσαν εὐφραίνει, Plutarchus. Sunt qui hoc dictum inter Germanos instar {paroemiae} <paromoei> usurpent, So mancher schzey / so manches ey thüt unsere henne leggen. hoc est, Gallina nostra toties parit, quoties clamârit. Τὰς ἀλεκτορίδας ἀπέκτειναν, τε μὴ κελαδούσας καὶ ἀδούσας ἐπὶ τοῖς ὠοῖς μηνύσαι τὸν μοιχόν, Suidas ex innominato. Vinum in quo tragle viva suffocata fuerit, viris impotentiam ad Venerem,

pulcino. Gli uccelli fanno uscire i pulcini dalle uova, Cicerone* nel II libro di *De natura deorum*. Anche Varrone* nonché Columella* dissero schiudere le uova, e l'ochetta dischiusa - solo Columella. Καὶ ὁπoταν ἡ ὄρνις αἰσθῆται τὸν νεοττὸν κινηθέντα ἰσχυρῶς, κολάψασα ἐξέλεψεν - E non appena la gallina si accorge che il pulcino si muove con forza, dopo aver dato dei colpi di becco tolse il guscio, Ippocrate. *Hoi árrenes ton peristeron taís theleiaís synekélepsi ta óa* - I maschi dei piccioni aiutano le femmine a far schiudere le uova, Porfirio libro III del *De abstinentia ab animalibus*. In Guarino* alla voce alcione - *alkyon*, forse il martin pescatore*, *Alcedo atthis* - leggiamo *ekballein tous neottoús* - far uscire i pulcini, e *ekgýphein ta óa* - far schiudere le uova. E con lo stesso significato il verbo *ekkoláptein* nel comune lessico grecolatino, nonché il sostantivo *ekkolápsis* - rottura del guscio delle uova - *ton oon*.

¶ Dagli Italiani viene chiamata chioccia la gallina che alleva i pulcini, cioè quella che fa la voce da chioccia - *glociens* o *glocitans* in latino. Dagli Svizzeri viene detta ein Gluggere che ha la stessa etimologia: ma quella che cova è detta ein Brüttere. La prima in base al latino dovresti chiamarla allevatrice, e Francesco Mario Grapaldi* la chiama allevatrice che fa la voce da chioccia. La gallina fa la voce da chioccia - *gracillat*, l'autore di *Filomela**. Gisbert Longolius* disse galline che schiamazzano. *Kakkázein* - schiamazzare, chiocciare, fare la voce della pernice* o della civetta* - è un verbo attico relativo alle galline che emettono una voce quando stanno per deporre l'uovo, Esichio* e Guarino. A questo è simile quell'altro nostro termine, gaggsen. Mentre sta partorendo più volte singhiozza con suoni penetranti, Poliziano* a proposito della gallina. Giulio Polluce* scrive che questo verbo si usa per la voce delle galline faraone*. *Alektorís gar boosa sunechos hypéron ákouσμα: ho de mimóúmenos alektorída boosan euphraínei* - Infatti la gallina emettendo senza interruzione una voce dolorosa: lui imitando la gallina che gridava si rallegra, Plutarco*. Vi sono alcuni tra i Tedeschi che userebbero il seguente detto come se fosse un'assonanza: So mancher schzey / so manches ey thüt unsere henne leggen. Cioè: La nostra gallina partorisce tante volte quante avrà gridato. *Tàs alektorídas apékteinan, te mē keladoúsas kai aidóusas epì*

¹⁰⁹⁹ Varrone in *Rerum rusticarum* in base alla mia fonte elettronica pare non usi il verbo *excludo*, bensì il suo equivalente *excudo*. Ecco due stralci. III,6,4: Praeterea ova emit ac supponit gallinis, ex quibus excusos pullos refert in testudinem eam, in qua pavones habet. III,9,2: [...] de ovis, quem ad modum incubent et excudant; de pullis, quem ad modum et a quibus educuntur; hisce appendix adicitur pars quinta, quem ad modum sagentur.

¹¹⁰⁰ *De re rustica* VIII,14,7: Sed custodiri debet ut ovis subiciantur herbae urticarum quo quasi remedio medicantur, ne noceri possit excussis anserculis, quos enecant urticae si teneros pupugerunt. Pullis autem formandis excludendisque triginta diebus opus est cum sunt frigora, nam tepidis quinque et viginti satis est. Saepius tamen anser tricensimo die nascitur.

¹¹⁰¹ *Auctor Carminis Philomela* 25; A. Baehrens, *Poetae Latini Minores* V (1883), 365. (Lind, 1963) § Citazione presente in altre pagine, ma in modo più esteso: Cucurrire solet gallus, gallina gracillat - Il gallo è solito fare chicchirichi, la gallina fa la voce da chioccia.

¹¹⁰² *Dialogus de avibus* (1544): PAMPHILUS Aedicula ista, quae horreo incumbit, unde nunc gallinae crocitanes devolant, putas ne veteribus nomen aliquod separatum habuisse?

¹¹⁰³ *Kakkázein* si ritrova unicamente in Esichio ed equivale a *kakkázein* usato dagli scrittori attici.

¹¹⁰⁴ *Rusticus*, composto da Poliziano nel 1483-84.

mulieribus ut gallinis (ὄρνισι) quoque sterilitatem adfert, Athenaeus¹¹⁰⁵.

¶ Ovum ὑπηνέμιον¹¹⁰⁶, id est subventaneum, aliqui ἀνεμίδιον vocant, ut Plato in Theaeteto, Scholiastes Aristophanis. Eadem et ἀνεμιαῖα vocabant, Athenaeus¹¹⁰⁷. Amorem sive Cupidinem Aristophanes in Avibus natum fingit ex ovo hypenemio a Nocte {a}edito. ¶ Semina omnia aliquid in se alimenti continent, quod una cum generandi principio natura profundit, sicut in ovis. Qua de causa non inepte Empedocles, Ova solent excelsis gignere ramis, inquit. (φάσκων ὠτοκεῖν μακρὰ δένδρα.) Enimvero natura seminum ovis proxima est, Theophrastus.

¶ d. Gallinae instar volui congregare filios tuos o Ierusalem, ut pullos sub alas, et noluisti, Matthaei 23¹¹⁰⁸. Ut gallina pullos suos sub alas suas, sic vos ego collegi ingratos, Esdrae 4. 1¹¹⁰⁹. ¶ Serpentes pinguescunt ovis, Plinius¹¹¹⁰.

¶ e. Qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent, Cicero Academicarum libro {3}<2>¹¹¹¹. Gallinam altilem nominat Macrobius 3. 13¹¹¹². Pascales, id est pascuales, et oves et gallinae appellantur, quod passim pascantur, Festus¹¹¹³. Graece nomades dixeris. Ὅρνιθες σιτευτοί vel σιτιστοί nominatur ab

τοῖς οὐῖς μὲνῆσαι τὸν μοιχόν - Uccisero le galline, che non facevano rumore e non cantavano sulle uova denunciando il seduttore, il lessico Suida* traendolo da un autore di cui non si sa il nome. Il vino, in cui sarà stata soffocata una *triglè* - una triglia* - viva, causa nei maschi un'impotenza sessuale, alle donne come pure alle galline (*órnisi*) la sterilità, Ateneo.

¶ L'uovo *hypenémion*, cioè pieno di vento, alcuni lo chiamano *anemídion*, come Platone* nel dialogo *Teeteto*, lo scoliaste di Aristofane. Queste uova le chiamavano anche *anemiaia*, Ateneo. Aristofane negli *Uccelli* architetta il fatto che l'Amore o Cupido* è nato da un uovo pieno di vento partorito dalla dea Notte*. ¶ Tutti i semi contengono in sé del nutrimento, in quanto la natura ve lo ha riversato insieme con il principio generatore, come nelle uova. Motivo per cui Empedocle* correttamente dice: Le uova sono solite nascere dai rami posti più in alto (*pháskon ootokein makra dendra* - dicendo che le grandi piante generano uova). In verità la costituzione dei semi è molto simile a quella delle uova, Teofrasto*.

¶ d. Gerusalemme, ho voluto radunare i tuoi figli come fa la gallina coi suoi pulcini sotto le ali, e non lo volesti, Matteo 23:37. Come una gallina i suoi pulcini sotto le sue ali, così io ho radunato voi ingrati, Esdra 4.1. ¶ I serpenti diventano grassi con le uova, Plinio.

¶ e. I quali - gli abitanti di Delo* - allevavano abitualmente numerosissime galline per motivi di lucro, Cicerone nel libro II degli *Academica*. Macrobio nei *Saturnalia* III,13 cita la gallina da ingrassare. Vengono dette *pascales*, cioè *pascuales* - che pascolano - sia le pecore che le galline in quanto se ne vanno qua e là a pascolare, Festo*. In greco potresti dire *nomádes*. Da

¹¹⁰⁵ *Deipnosophistai* VI,127,325d.

¹¹⁰⁶ L'aggettivo greco ὑπηνέμιος è composto da ὑπό = sotto e ἄνεμος = vento.

¹¹⁰⁷ *Deipnosophistai* II,50,57e.

¹¹⁰⁸ *Matteo* 23:37: Hierusalem Hierusalem quae occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti.

¹¹⁰⁹ VULGATA SANCTI IERONIMI - *Esdra* II/IV,30: Ita vos collegi ut gallina filios suos sub alas suas. Modo autem quid faciam vobis? Proiciam vos a facie mea. § APOCRIFO DI ESDRA - Due libri degli apocriphi dell'Antico Testamento non inclusi nel canone biblico. Al nome di Esdra sono collegate almeno dieci opere, alcune canoniche (i libri biblici di Esdra e Neemia, altre apocrife: la Vulgata conosce due testi che chiama III e IV libro di Esdra e la maggior parte degli autori moderni segue questa denominazione. I protestanti invece chiamano tali scritti I e II libro di Esdra. (Microsoft® Encarta® 2006. © 1993-2005) § Impossibile trovare una gallina in Esdra nelle versioni italiane a mia disposizione. Per cui non si modifica la referenza di Gessner.

¹¹¹⁰ *Naturalis historia* X,197: Venenis capreae et coturnices, ut diximus, pinguescunt, placidissima animalia, at serpentes ovis, spectanda quidem draconum arte: aut enim solida hauriunt, si iam fauces capiunt, quae deinde in semet convoluti frangunt intus atque ita putamina extussunt, aut si tenerior est catulis adhuc aetas, orbe adprehensa spirae ita sensim vehementerque praestringunt, ut amputata parte ceu ferro e reliqua, quae amplexu tenetur, sorbeant.

¹¹¹¹ *Academica* II 57: Videsne ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures salvis rebus illis, qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent: ei cum ovum inspexerant, quae id gallina peperisset dicere solebant.

¹¹¹² *Saturnalia* III,13: Coena haec fuit: Ante coenam echinos, ostreas crudas quantum vellent, peloridas sphondylos, turdum asparagos subtus, gallinam altilem, patinam ostrearum peloridum, balanos nigros, balanos albos: iterum sphondylos glycomaridas urticas ficedulas, lumbos capraginos aprugnos, altilia ex farina involuta, ficedulas murices et purpuras. In coena sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium, patinam suminis, anates, querquedulae elixas, lepores, altilia assa, amulum, panes Picentes.

¹¹¹³ *De verborum significatione* - PASCALES OVES Cato posuit pro pascuales. § Assenti le *gallinae pascuales* nell'edizione parigina di Panckoucke del 1846.

Athenaeo libro 14.¹¹¹⁴ quae etiam foem. g. efferuntur, σιτευταί, σιτισταί. Plumulae saginandis gallinis vel capis sub cauda et clunibus detrahendae, vulgo dicuntur mastfädern.

Vocibus interea crebrum singultat acutis | Parturiens coniunx: quae scilicet ova subinde | Tollit anus, signatque dies, vigilem lucernam | Consulit: et Lunae crescentis tempora servans, | Ut primum gallina glocit, numero {impare} <impari> subdit. | Versatisque diu, solers auscultat an intus, | Pipiat involucer pullus, tenerumque putamen | Pertunderit molli rostro, atque erumpere tentet, Politianus in Rustico.

¶ Ut equi ferocitatem deponant, pennam gallinae quo volueris modo eis deglutendam praebe, Eumelus. Graece legitur, Πτερόν ὀρνιθίου οἴνω (lego ποίω) βούλει πρόπω δίδου καταπιεῖν. ¶ Σκιμαλίζειν, tactu minimi digiti experiri an gallinae ova gerant. Vide Varinum, ex Scholiaste Aristoph. in Acharnenses, et Caelium 9. 37. Aristophanes utitur pro contemnere, ἐξουθενίζειν, χλευάζειν. ¶ Supponere ova gallinis, Cicero¹¹¹⁵. ¶ Gallinarum pullos eo colore enasci aiunt, quo ova incubanda tincta fuerint, ut in libello quodam Germanico manuscripto legimus. Sunt qui ovo inscribunt quaecunque velint intus, quod cortex sit pervius et admittat colores. Gallas cum alumine tritas aceto subige. inde inscribe hoc liquore quod velis cortici: et siccatum impone muriae. vel cera obline ovum, et inscriptis literis stylo, ut cera dehiscat maneatque liturae, in quibus humor imponatur, siccum ovum coquito, donec durescat. inde acri aceto infunde. sic enim literae fiunt penetrabiles, quas cortice detracto videbis in ovo, Cardanus ex Africano in Geoponicis Graecis.

Ateneo nel libro XIV vengono detti polli ben nutriti - ὀρνίθες σιτευτοί oppure σιτιστοί, che vengono declinati anche al femminile, σιτευταί, σιτισταί. Le piccole piume che bisogna asportare dal sottocoda e dalle natiche alle galline da ingrassare oppure ai capponi*, vengono abitualmente dette mastfädern.

La compagna mentre sta partorendo più volte singhiozza con suoni penetranti, e naturalmente l'anziana donna subito dopo prende quelle uova e vi segna la data, ed esamina la sempre accesa lucerna: e rispettando il periodo della luna crescente, non appena una gallina è chioccia le mette a covare in numero dispari, e dopo averle maneggiate lentamente, con abilità ascolta se all'interno il pulcino ancora incapace di volare sta pigolando, e se col molle becco ha bucato il tenero guscio, e se sta tentando di uscire, Poliziano nel *Rusticus*.

¶ Affinché i cavalli perdano l'impetuosità dà loro da ingoiare una penna di gallina nel modo che preferisci, Eumelo*. In greco si legge: Πτερόν ὀρνίθου οἴνωι - col vino (io preferisco ποίωι - in quale modo) βούλει πρότωι δίδου καταπιεῖν. ¶ Σκιμαλίζειν - beffarsi, scaldare - significa rendersi conto, toccando con il mignolo, se le galline hanno delle uova. Vedi Guarino che lo deduce dallo scoliaste degli *Acarnesi* di Aristofane e Lodovico Ricchieri IX,37. Per disprezzare, Aristofane si serve di *exouthenízein* e di *chleuázzein*. ¶ Mettere le uova sotto alle galline, Cicerone in *De natura deorum*. ¶ Dicono che i pulcini delle galline nascono del colore con cui le uova da incubare sono state impregnate, come leggo in un piccolo manoscritto tedesco. Vi sono alcuni che scrivono dentro all'uovo qualsivoglia cosa desiderano, in quanto il guscio sarebbe permeabile e lascerebbe passare i colori. Immergi nell'aceto delle noci di galla* tritate con dell'allume*. Quindi scrivi ciò che desideri sul guscio servendoti di questo liquido; e dopo che si è asciugato mettilo in salamoia. Oppure spalma l'uovo con della cera, e dopo aver scritto le lettere con uno stilo, affinché la cera si apra e rimangano le lettere, sulle quali si mette il liquido, fa cuocere l'uovo quando è asciutto fintanto che non è diventato duro, quindi mettilo in aceto forte. Infatti in questo modo le lettere diventano penetrabili e le vedrai dentro all'uovo dopo aver rimosso il guscio. Lo riferisce Gerolamo Cardano* traendolo dal testo di Sesto Giulio Africano* contenuto nei *Geoponica* greci*.

Pagina 455

¶ Ad lithostrota [455] conficienda (qualia vulgo Musaica vocant opera) ex frustulis lapidum

¶ Per confezionare dei *lithostrota* - dei pavimenti a mosaico (come quelli che comunemente chiamano

¹¹¹⁴ *Deipnosophistai* XIV,74,656e.

¹¹¹⁵ *De natura deorum* II,124: Quin etiam anitum ova gallinis saepe subponimus; e quibus pulli orti primo aluntur ab his ut a matribus, a quibus exclusi fotique sunt; deinde eas relinquunt et effugiunt sequentes, cum primum aquam quasi naturalem domum videre potuerunt: tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam.

diversorum colorum glutino tenaci invicem iunctis, sit maltha (glutinum) perpetua ex calce et sullo adipe, vel pice, aut ovi candido, Cardanus. Qui colores picturarum illustrant, ovi candidum spongia frangunt, donec prorsus tenue et aqueum fiat: quod ita fractum coloribus suis admiscet, ut vulgares etiam pictores. Olim ad adornandos crispandosque capillos albi liquoris ovi usus erat etiam pro iuvenibus, qui nunc puellis relinquitur, Tragus. In fornacibus laterum calx de testis ovorum uritur alchymistis utilis, Idem. ¶ In libro quodam Germanico manuscripto rationem traditam invenio, qua ebur fictitium e testis ovorum fiat. ¶ Non praeteribo miraculum, quanquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt illud in se. ita hoc venenum auri est, Plinius¹¹¹⁶.

¶ Nec minimo sane discrimine refert, Quo gestu lepores et quo gallina secetur, Iuvenalis Sat. 5.¹¹¹⁷ Si pingui lacertae, halinitro cyminoque farinam tritici miscueris, gallinae hoc cibo saginatae adeo pinguefaciunt homines, ut disrumpantur, Cardanus. ¶ Coqui ad fercula quaedam ova cochleari conquassare vel agitare solent, ut {undiquaque} <undiqueque> misceantur, Germani dicunt klopfen, hoc est pulsare. Ex lacte (inquit Apicius 7. 10.¹¹¹⁸) lavas pulmones, et colas quod capere possunt, et infringis ova duo cruda. Ova quae non sint recentia veteres appellabant requieta, Brasavolus. Ova vetera vulgo evanida dicuntur, Ferrariae stantia, Latinis requieta, Brasavolus. Ova incocta pro crudis Marcellus dixit¹¹¹⁹. Flos arbuti concavus est tanquam ovum exscalptum ore aperto, Theoph. de hist. 3. 16. Gaza interprete. Graece legitur, ἄνθος κοῖλον ὡςπερ ὄν ἐγκεκολαμμένον, (forte ἐκκεκολαμμ.) τὸ στόμα δὲ ἀνεφγμένον. Iudaeos aiunt ova aperire parte acutiore, (ut si qua illic gutta sanguinis apparuerit, abstineant:) Italos

lavori Mosaici - come si fa in una nicchia dedicata alle Muse*) da frammenti di pietre di colori diversi tenuti insieme da una colla tenace, la malta (la colla) deve essere eterna usando la calce e il grasso di maiale, oppure la pece*, oppure il bianco d'uovo, Gerolamo Cardano*. Coloro che abbelliscono i colori dei dipinti sminuzzano con una spugna il bianco dell'uovo fino a quando non diventi molto sottile e di densità acquosa: dopo averlo così frantumato lo mescolano ai loro colori, come fanno anche i comuni pittori. Un tempo, per acconciare e rendere crespi i capelli, veniva usato il bianco d'uovo anche da parte dei giovani, che adesso è lasciato alle ragazze, Hieronymus Bock*. Nelle fornaci di mattoni viene bruciata la calce tratta dai gusci d'uovo che è utile agli alchimisti, sempre lui. ¶ In un libro tedesco manoscritto trovo che viene riferita la spiegazione del perché il falso avorio venga assemblato a partire dai gusci d'uovo. ¶ Non passerò sotto silenzio una cosa meravigliosa anche se non riguarda la medicina: se all'oro quando sta fondendo vengono mescolati dei pezzi di gallina, lo assorbono in se stessi. Pertanto questo è un veleno dell'oro, Plinio*.

¶ Né in verità importa minimamente discriminare con quale gesto le lepri e con quale gesto una gallina venga squartata, Giovenale* *Satira* 5. Se farai una miscela di farina di grano con una lucertola ben pasciuta, con del salnitro e del cumino*, le galline nutrite con questo cibo fanno ingrassare a tal punto gli esseri umani da farli scoppiare, Cardano. ¶ I cuochi per fare delle portate sono soliti sbattere e rimescolare con un cucchiaino le uova in modo che si amalgamino del tutto. I Tedeschi dicono klopfen, cioè pestare. Apicio* in *De re coquinaria* VII,10 dice: Lavi i polmoni con del latte e lasci colare ciò che possono trattenere e rompi due uova crude mettendocene dentro. Le uova che non sono recenti gli antichi le chiamavano *requieta* - riposate, Antonio Brasavola*. Le uova vecchie vengono comunemente dette *evanida* - prive di forze, a Ferrara stantie, dai Latini *requieta*, Brasavola. Marcello Empirico* disse uova *incocta* - non cotte - per indicare le uova crude. Il fiore del corbezzolo* è concavo tanto quanto lo è un uovo scavato e con il buco aperto, Teofrasto* in *Historia plantarum* III,16 tradotta da Teodoro Gaza*. In greco si legge *ánthos koílon hasper óón egkekolamménon* (forse *ekkekolamménon*) *tò stóma dè aneóigménon* - il fiore è concavo come un uovo rotto con il becco e che ha la bocca aperta. Dicono che i Giudei aprono le uova dal

¹¹¹⁶ *Naturalis historia* XXIX,80: Non praeteribo miraculum, quanquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt id in se; ita hoc venenum auri est. At gallinae ipsi circulo e ramentis addito in collum non canunt.

¹¹¹⁷ *Satira* V,123-124: [...] nec minimo sane discrimine refert | quo gestu lepores et quo gallina secetur.

¹¹¹⁸ *De re coquinaria* VII,10: IECINERA SIVE PULMONES - 1. Iecinera haedina vel agnina sic coques: aquam mulsam facies, et ova, partem lactis admiscis eis ut incisa iecinera sorbeant. coques ex oenogaro, piper asperso et inferes. - 2. Aliter [iecinera] in pulmonibus: ex lacte lavas pulmones et colas quod capere possunt, et infringis ova dua cruda, salis grana pauca, mellis ligulam, et simul commiscis et impleas pulmones. Elixas et concidis. Teres piper, suffundis liquamen, passum, merum. Pulmones confrigis et hoc oenogaro perfundis.

¹¹¹⁹ *De medicamentis empiricis, physicis ac rationalibus liber*.

obtusiore. nostri in latere aperiunt. Grandia praeterea tortoque calentia {foeno} <feno> | Ova adsunt ipsis cum matribus, Iuvenalis Sat. 11¹¹²⁰. Οὐσίδιον γὰρ καταλιπόντος μοι πατρός, | Οὕτω συνεστρογγύλικα, κάξεκόκκισα, (id est veluti nucleos e nuce pinea evacuavi,) | Ἐν μηνὶν ὀλίγοις, ὥσπερ ὦν τις ῥοφῶν, Nicomachus apud Athenaeum¹¹²¹. Ματτύα¹¹²² κοινόν ὄνομα πάντων τῶν πολυτελῶν ἡδυσμάτων, ut docet Artemidorus¹¹²³ sic scribens de gallina mattya, (εἴ τις, lego περὶ, τῆς ὄρνιθος ματτύης): Ἐσφάχθω μὲν διὰ τοῦ στόματος εἰς τὴν κεφαλὴν, ἔστω δὲ ἕωλος καθάπερ ὁ πέρδιξ. εἰ δὲ θέλῃς ὡς ἔχει τοῖς πτεροῖς εἶν τετιλμένην. Et rursus, Καὶ νομάδα παχεῖαν ἔψε, καὶ νεοσσούς τῶν ἤδη κοκκυζόντων. id est Pascalem (libere pascentem) pinguem coque, et pullos iam cucur<r>ientes. Quod si libuerit inter pocula (παρὰ πότον) uti, olera (cocta) in catillum exime, et minutatim concisis gallinae carnes impone, labrusca cum suis acinis aestate aceti loco iuri adiecta, dum coquitur gallina. quam rursus eximes tempestive, priusquam vinacea remittat. haec quidem mattya suavissima fuerit.

Naucratitarum nuptialibus coenis cavebatur, ne quis ovum intulisse vellet aut μελίπηκτα, id est mellita, Caelius ex Athenaeo¹¹²⁴, qui {Hermeam¹¹²⁵} <Hermiam - Hermeiam> citat

lato più acuto (in modo tale che se in quel punto fosse visibile una goccia di sangue se ne asterrebbero), gli Italiani lo aprono dal lato ottuso. I miei connazionali lo aprono su un lato. Inoltre si trovano uova grandi e calde nel fieno ritorto insieme a coloro che le hanno deposte, Giovenale *Satira* 11. *Ousídion gár katalipòntos moi patrós*, | *Oúto synestroggylíka, kaxekókkekisa* (cioè tolsi i pinoli come se fosse una pigna) | *En mēsin olígois, ósper óon tis rhophon* - Infatti quando mio padre mi aveva lasciato una piccola proprietà, io così la arrotondai e la snocciolai in pochi mesi, come se fossi stato uno che succhia un uovo, Nicomaco comico in *Ateneo**. *Mattýa koinón ónoma pánton polytelon hēdysmáton* - *Mattya / mattye* è il nome comune di tutti i condimenti sontuosi, come insegna Artemidoro Aristofaneo* che così scrive a proposito della gallina *mattya* (*eí tis* lo interpreto come *perì* - a proposito - *tēs órniθos mattýēs* - della gallina *mattye*): *Espháchthō mēn dià toú stómatos eis tēn kephalēn, ésto dē héolos katháper ho pérdix. eàn dē thélēs hos échei toís pteroís eán tetilménēn*. Uccidila con un coltello a partire dalla bocca fino alla testa, conservala fino al giorno seguente come la pernice*. Qualora tu lo desiderassi, lasciarla spiumata con le ali così come le ha. E ancora: *Kaì nomáda pachéian hēpse, kaì neossoús ton édē kokkyzónton*, cioè, fanne cuocere una grassa pascolante (che pascola liberamente) e dei pulciotti che già cantano. E se sarà gradito servirsene tra una libagione e l'altra (*parà póton*), metti in un piattino delle verdure (cotte) e dopo averle sminuzzate mettilci sopra la carne della gallina, in estate aggiungendo al brodo della lambrusca* coi suoi acini al posto dell'aceto fintanto che la gallina cuoce. Quindi farai attenzione a toglierla dal fuoco per tempo prima che lasci uscire i vinaccioli. In verità questa *mattya* sarà oltremodo squisita.

Durante le cene nuziali degli abitanti di Naucrati* si faceva attenzione a che qualcuno volesse portarvi un uovo oppure delle *melípekta* - delle focacce al miele, cioè le *mellita* - in latino, Lodovico Ricchieri* traendolo da

¹¹²⁰ *Satira* XI,70-71: Grandia praeterea tortoque calentia feno | ova adsunt ipsis cum matribus, et servatae [...].

¹¹²¹ *Deipnosophistai* II,50,58a. Non sono disponibili notizie biografiche di Nicomaco comico, come possiamo dedurre da THE POETS OF GREECE di Edwin Arnold (1869). § L'edizione dei *Dipnosofisti* di Georgius Kaibel (1887) riporta il seguente testo: Οὐσίδιον [γάρ] μοι καταλιπόντος τοῦ πατρός, | οὕτω συνεστρογγύλα κάξεκόκκισα | ἐν μηνὶν ὀλίγοις ὥσπερ ὦν τις ῥοφῶν. La traduzione inglese di C.D. Yonge (Londra, 1854) rispecchia maggiormente il testo greco citato da Gessner: For when my father had left me a very little property, | I scraped it so, and got the kernel out of it | In a few months, as if I had been a boy sucking an egg.

¹¹²² Termine verosimilmente di origine macedone del quale ricorrono altre due forme: ματτύα (anch'esso femminile come ματτύη) e ματτύης (maschile).

¹¹²³ *Deipnosophistai* XIV,84,663d. In base a quanto riferisce Ateneo, Artemidoro ne parla in Ὀψαρτυτικαῖς γλώσσαις, *Linguaggi dei cuochi*.

¹¹²⁴ *Deipnosophistai* IV,32,150a.

¹¹²⁵ In greco Ἑρμείας, che però viene abitualmente latinizzato in Hermias. Si emenda Hermeam con Hermiam, concedendo a Gessner un eventuale Hermeiam, che tuttavia non corrisponde alla latinizzazione del dittongo greco ει in i. § HERMIAS fortasse Samius, Hermodori filius. (*Athenaei Naucratarum Dipnosophistarum libri XV*, recensuit Georgius Kaibel, 1887) § HERMEIAS of Methymna in Lesbos, the author of a history of Sicily, the third book of which is quoted by Athenaeus (x. p. 438); but we know from Diodorus Siculus (xv. 37) that Hermeias related the history of Sicily down to the year BC 376, and that the whole work was

authorem. Aegyptii purificationis tempore animatis omnibus et ovis quoque abstinebant, Porphyrius¹¹²⁶. Pythagoras interdicto illo quo a fabis abstinere (κυάμων ἀπέχεσθαι) iussit, per fabas ova intellexit, a quibus nimirum non alia ratione abstinere voluit quam a quorumvis animalium carnibus, par homini fore scelus existimans in ave aut avis ovo peccanti. Itaque eius discipuli quotidianum illud iactabant, Ἴσον τε (τοι) κυάμους ἔσθειν, κεφαλὰς τε τοκήων. quod est non differre comedis ova, et parentum capita. Vocavit autem ovum cyamon, quod quasi κύησις, id est foetura animalis esset, et conceptum eius intra se clauderet, Marcellus Vergilius. Pythagoras abstinere iussit ovis, et quae ex ovis nascuntur animalibus, Laertius. Cyami nomine non aliud intellexisse videtur Pythagoras, quam ovum, quod sit in eo animalium κύησις, id est foetura, Caelius. Plura leges apud Erasum in Chiliadibus, in symbolo Fabis abstineto. ¶ Huc (ad superstitionem) pertinet, ovorum ut exorbuerit quisque calices cochlearumque, protinus frangi, aut eosdem cochlearibus perforari, Plin.¹¹²⁷ Idem hodie circa ova Bavaria observari Bavarus quidam mihi narravit.

¶ h. An obsecro hercle habent quoque gallinae manus? Nam has quidem gallina scripsit, Plautus in Pseudolo¹¹²⁸. ¶ Quaestio ovum ne prius fuerit an gallina, movetur a Macrobio¹¹²⁹, et a Plutarco in Symposiacis 2. 3.¹¹³⁰ ¶ Traditur quaedam ars gallinarii cuiusdam, dicentis quod ovum ex quaque gallina esset, Plin.¹¹³¹ Quum ovum inspexerant, quae gallina peperisset dicere (alias discernere) solebant. Cicero lib. 2.

Ateneo che cita lo scrittore Ermia. Gli Egiziani nel periodo della purificazione si astenevano da tutti gli esseri viventi e anche dalle uova, Porfirio*. Pitagora* con quel divieto con cui prescrisse di astenersi dalle fave* (κυάμων ἀπέχεσθαι) - a causa del favismo*, intese le uova al posto delle fave, dalle quali volle senza dubbio astenersi per nessun altro motivo se non per doversi astenere dalla carne di qualsivoglia animale, in quanto riteneva che per un essere umano sarebbe stata una scelleratezza identica il peccare con un uccello oppure con un uovo di uccello. Pertanto i suoi seguaci ripetevano tutti i giorni Ἴσον τε (τοῦ) κυάμους ἔσθειν, κεφαλὰς τε τοκήων, cioè, non è diverso aver mangiato uova e le teste dei genitori. In effetti chiamò l'uovo κῆμος - fava, derivato forse da κῆμο = concepire - in quanto significava per così dire κῆσις - concepimento, cioè come se si trattasse di un animale che avrebbe partorito, e racchiudesse dentro di sé il suo prodotto del concepimento, Marcello Virgilio Adriani*. Pitagora ordinò di astenersi dalle uova e da quegli animali che nascono dalle uova, Diogene Laerzio*. Con la parola κῆμος sembra che Pitagora altro non abbia inteso che l'uovo in quanto in esso si troverebbe la κῆσις - il prodotto del concepimento, cioè il feto degli animali, Lodovico Ricchieri. Più cose potrai leggere negli *Adagia* di Erasmo da Rotterdam* alla voce *Astieniti dalle fave*. ¶ Fa parte della superstizione che qualcuno dopo averle sorbite rompe immediatamente il guscio delle uova e delle lumache, oppure che sempre costoro si facciano dei fori con il guscio, Plinio. Un Bavarese mi ha raccontato che la stessa cosa oggi la si può notare a proposito delle uova della Baviera.

¶ h. Ti supplico, per Ercole, forse che anche le galline hanno le mani? Infatti queste (lettere) le ha scritte certamente una gallina, Plauto* in *Pseudolo*. ¶ La diatriba circa il fatto se è nato prima l'uovo o la gallina viene suscitata da Macrobio* - nei *Saturnali* - e da Plutarco* nelle *Questioni conviviali*. ¶ Si tramanda una certa capacità di un tale pollaiolo il quale diceva che il tale uovo era della tale gallina, Plinio. Dopo aver guardato un uovo, erano soliti dire (cioè individuare) quale gallina l'avesse

divided into ten or twelve books. Stephanus Byzantius (s. v. Χαλκίς) speaks of a Periegesis of Hermeias, and Athenaeus (iv. p. 149) quotes the second book of a work Περὶ τοῦ Γρυνεῖου Ἀπόλλωνος, by one Hermeias, but whether both or either of them is identical with the historian of Sicily is quite uncertain. (*Dictionary of Greek and Roman biography and mythology*, William Smith, Boston, 1867)

¹¹²⁶ *De abstinentia ab animalibus* IV,7.

¹¹²⁷ *Naturalis historia* XXVIII,19: Huc pertinet ovorum, quis exorbuerit quisque, calices coclearumque protinus frangi aut isdem coclearibus perforari.

¹¹²⁸ *Pseudolus* 27-28 - PSEUDOLUS: An, opsecro hercle, habent quas gallinae manus? | Nam has quidem gallina scripsit.

¹¹²⁹ *Saturnalia*, VII,16: [...] quin potius, si quid callet vestra sapientia, scire ex vobis volo, ovumne prius extiterit an gallina? [...] Aut enim gradiuntur animantia aut serpunt aut nando volandove vivunt. In gradientibus lacertae et similia ex ovis creantur: quae serpunt ovis nascuntur exordio: volantia universa de ovis prodeunt excepto uno quod incertae naturae est: nam vespertilio volat quidem pellitis alis, sed inter volantia non habendus est qui quattuor pedibus graditur formosque pullos parit et nutrit lacte quos generat: nantia paene omnia de ovis oriuntur generis sui, crocodilus vero etiam de testeis, qualia sunt volantium.

¹¹³⁰ *Symposia (Quaestiones conviviales)*, II 3,1 sgg. (= pag. 635D sgg.)

¹¹³¹ *Naturalis historia* X,155: Traditur quaedam ars gallinarii cuiusdam dicentis, quod ex quaque esset. § Potrebbe trattarsi di uno degli allevatori di Delo*, come afferma Cicerone nella citazione successiva

dicere (alias discernere) solebant, Cicero lib. 2. Academicarum¹¹³². ¶ Extat Niciae cuiusdam perelegans tetrastichon, quo ridetur quidam tingendi capilli affectator: qui dum ei rei nimium studet, vitiata cute amiserit capillos omnes, hunc turpiter nudato capite ovum esse factum totum, facetissime Nicias cavillatur: Καὶ δασύς ὢν λίαν ὠόν ἅπας γέγρονε, Caelius.¹¹³³

¶ Scribit Neocles {Crotoniata} <Crotoniates¹¹³⁴>, ovum ex quo prognata credatur Helena, ex luna delapsum. quippe ova parere Selenitidas mulieres, indeque nascentes homines quinquies decies esse nobis ampliores, quod approbat Herodorus quoque Heracleotes¹¹³⁵, Caelius ex Athenaei lib. 2.¹¹³⁶ Superiora aedium tabulata, quae ὑπερφῶα nunc vocant, olim ὠῖα (vel ὠῶα) vocabant. et Helena in istis domus partibus nata, ex ovo genita, existimata est, ut Clearchus in Eroticis tradit¹¹³⁷. Vide plura infra in Proverbiis, Ex ovo prodiit, et, Ovo prognatus eodem.

¶ Ovi somnio thesaurus indicatus, ut supra retuli in b. ex Caelio Rhodigino¹¹³⁸. Ὠά κρατεῖν ἔσθειν τε σημαίνει λύπας, Suidas.

deposto, Cicerone* nel II libro degli *Academici priores*. ¶ Rimane una raffinata strofa in quattro versi di un certo Nicia - Nicarco - nella quale si deride un tale che desidera tingersi la chioma: ma mentre si dà un gran daffare per riuscirci, avrebbe perso tutti i capelli essendosi alterata la pelle, e che costui, dopo che la testa si era denudata in modo turpe, si tramutò tutto quanto in un uovo: Nicia ci scherza in modo assai spiritoso: Καὶ δασύς ὢν λίαν ὠόν ἅπας γέγρονε - Ed essendo troppo peloso è diventato tutto quanto come un uovo, Lodovico Ricchieri.

¶ Neocle di Crotona scrive che l'uovo da cui si crederebbe essere nata Elena* sarebbe caduto giù dalla luna. Infatti le donne della luna partoriscono uova e da esse nascono esseri umani che sono quindici volte più grandi di noi, e su questo è d'accordo anche Erodoro di Eraclea, Lodovico Ricchieri lo trae dal II libro di Ateneo. I piani superiori delle case adesso li chiamano *hyperoia*, una volta li chiamavano *oia* (oppure *oia*). E si pensò che Elena fosse nata in queste parti della casa e che si era schiusa da un uovo, come riferisce Clearco di Soli* in *Erotiká*. Vedi una maggiore quantità di dati sotto, nei Proverbi, alle voci USCÌ DA UN UOVO e NATO DALLO STESSO UOVO.

¶ Sognando un uovo è stato indicato un tesoro, come ho riferito in precedenza nel paragrafo b traendolo da Lodovico Ricchieri. Ὠά κρατεῖν ἔσθειν τε σημαίνει λύπας - Tenere strette le uova e mangiarle preannuncia dei dolori, il lessico Suida*.

Pagina 456

¶ Livia Augusta prima sua iuventa, Tiberio Caesare ex Nerone gravida, cum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari

¶ Livia Drusilla* - o Giulia Augusta - quando era giovincella, gravida del futuro imperatore Tiberio* grazie a Tiberio Claudio Nerone*, poiché desiderava

¹¹³² *Academici priores* II,86: An tibi erit quaerendus anularius aliqui, quoniam gallinarium invenisti Deliacum illum, qui ova cognosceret?

¹¹³³ Il brano è attribuito a uno dei due epigrammatisti greci di nome Nicarco oggi presenti nell'Antologia Palatina*. § Nicarco - in greco Νίκαρχος: nome di due epigrammisti greci, considerati per lungo tempo uno solo, ma diversi per età e stile. Il più antico (sec. I aC) è presente nella CORONA di Meleagro di Gadara*; il secondo (sec. I dC), autore di 40 epigrammi satirici, è contemporaneo di Marziale* e probabilmente è quello etichettato come Nicias da Lodovico Ricchieri a pagina 813 di *Lectiones antiquae* (1516). § Ecco i dati in inglese relativi al secondo Nicarco. Nicarchus or Nicarch was a Greek poet and writer of the first century AD, best known for his epigrams, of which forty-two survive under his name in the Greek Anthology, and his satirical poetry. He was a contemporary of, and influence on, the better-known Latin writer Martial. A large proportion of his epigrams are directed against doctors. Some of his writings have been found at Oxyrhynchus in Egypt.

¹¹³⁴ Nulla è noto di questo Neocle (forse un pitagorico) eccetto quanto viene riferito da Ateneo. Crotona è la città portuale, capoluogo di provincia della Calabria, situata su un promontorio della costa del mar Ionio, nella vasta regione collinare del Marchesato.

¹¹³⁵ Erodoro di Eraclea sul Ponto fu uno scrittore greco che fiorì intorno al 400 aC. Ci restano frammenti di una sua *Storia di Eraclea* (in 17 libri), primo esempio di romanzo pragmatico in cui sono riferite notizie geografiche, scientifiche, astronomiche e mitologiche. Fu autore anche di varie altre opere mitografiche.

¹¹³⁶ *Deipnosophistai* II,50,57f.

¹¹³⁷ Questo brano è tratto, come il precedente, da *Deipnosophistai* II,50,57e-f.

¹¹³⁸ A pagina 452*, traendolo dal lessico Suida che lo riporta dal libro degli oracoli di Crisippo*. § Lodovico Ricchieri *Lectiones antiquae* (1516) pagina 755: Et ad Coniectorem detulit quidam, somniasse se, Ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis, Respondit is, latere sub lecto infossum thesaurum. Fodit, auri aliquantulum invenit, Idque argento circumdatum. Coniectori misit de argento, quantum est visum. Tum ille, nihil ne inquit, de Vitello?

augurio, ovum in sinu fovendo, atque cum deponendum [456] haberet, nutrice per sinum tradendo ne intermitteretur tepor. Nec falso augurata proditur, Plinius¹¹³⁹. Gallinam cum lauri ramulo cecidisse ferunt in sinum Liviae Drusillae, etc. Niphus¹¹⁴⁰. Ad {Gallinam} <Gallinas> villa Caesarum fuit ad Tyberim via Flaminia. quae ab eo dicta est, quod Augustae ex alto abiecit in gremium aquila conspicui candoris gallinam. lauri ramum suis baccis foetum rostro tenentem, quam servari iusserant aruspices, ramum vero inseri diligenter: quod ad villam factum est, quae hac de causa Ad {gallinam} <gallinas> dicta fuit. Vide etiam infra in Proverbio, Albae gallinae filius. Alia quaedam leges in Gallo h.

Orpheus scripsit Ooscopica, Ὀσσοπικὰ, Suidas¹¹⁴¹. hoc est de divinatione ex ovis. Ovorum quondam purgandis piaculis, lustrationibusque quotidianus erat usus: et in Bacchi Orgiis aliorumque deorum sacrificiis, ubi pro homine solvendum aliquid deo esset, adhibebantur. Omittimus quae in Orphicis et Bacchi Orgiis, in hac ipsa re observata ab antiquis traduntur. id solum ex eis repetemus, ideo religioni ova inservi<i>sse, et in tanto honore cunctis gentibus fuisse, quod capiente omni mundo tot animalium naturas et genera, nullum fere est in quo non ex ovo species aliqua nascatur. Volucres passim ovum gignunt. aquatilia in mari pene infinita. in terrestribus lacertae<, > in ambiguis et quibus

assolutamente mettere al mondo un maschio, si servì di questo metodo di predizione, tipico delle giovani donne, scaldando un uovo nel suo seno e, quando lo doveva deporre, lo dava a una balia che doveva metterlo tra le mammelle, affinché non venisse meno il calore. E si tramanda che questo tipo di auspicio non le si rivelò fallace, Plinio*. Riferiscono che in grembo a Livia Drusilla cadde una gallina con un rametto di alloro* etc., Agostino Nifo*. Sulle rive del Tevere, sulla via Flaminia, c'era una villa dei Cesari intitolata *Alle Galline*. La quale era stata così denominata dal fatto che un'aquila aveva gettato dall'alto in grembo a Giulia Augusta - o Livia Drusilla - una gallina di un candore estremo. La quale teneva col becco un ramo di alloro che era carico delle proprie drupe, e gli aruspici avevano ordinato di conservarla, mentre il ramo doveva essere piantato con cura: cosa che fu fatta nei pressi della villa, la quale, come dissi, per questo motivo è stata detta *Alle Galline*. Vedi anche più avanti nel proverbio FIGLIO DI UNA GALLINA BIANCA. Alcune altre cose puoi leggerle nel paragrafo h del Gallo.

Orfeo* scrisse *Ooskopiká*, il lessico Suida*. Cioè, sulla divinazione dalle uova. In passato per espiare le colpe e per i rituali di purificazione esisteva un uso quotidiano delle uova: le uova venivano impiegate anche nelle orge* di Bacco* e durante i sacrifici di altri dei, quando era necessario pagare qualcosa al dio in favore degli esseri umani. Tralascio ciò che su questo stesso argomento viene tramandato dagli antichi a proposito delle orge orfiche e di Bacco. Da essi citerò solo quanto segue, che le uova sono servite alla religione e sono state tanto onorate da tutti i popoli in quanto, anche se tutto il mondo contiene così tante forme e generi di animali, non esiste quasi nessun genere di animale la cui specie non nasca dall'uovo. Ovunque gli uccelli partoriscono un uovo. Gli animali acquatici marini ne depongono quasi un numero infinito. Tra gli animali

¹¹³⁹ *Naturalis historia* X,154: Quin et ab homine perficiuntur. Iulia Augusta prima sua iuventa Tib. Caesare ex Nerone gravida, cum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo atque, cum deponendum haberet, nutrice per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor; nec falso augurata proditur. Nuper inde fortassis inventum, ut ova calido in loco inposita paleis igne modico foverentur homine versante, pariterque et stato die illinc erumperet fetus.

¹¹⁴⁰ Ammesso - ma non concesso vista la difficoltà della ricerca - che l'episodio venga tramandato da Agostino Nifo, le sue fonti furono senz'altro Svetonio e Plinio. § Svetonio* *De vita Caesarum - Galba* 1: Progenies Caesarum in Nerone defecit; quod futurum, compluribus quidem signis, sed vel evidentissimis duobus apparuit. Liviae, olim post Augusti statim nuptias Veientanum suum revisenti, praetervolans aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit in gremium; cumque nutrice alitem, pangi ramulum placuisset, tanta pullorum suboles provenit, ut hodieque ea villa ad Gallinas vocetur, tale vero lauretum, ut triumphaturi Caesares inde laureas decerperent; fuitque mox triumphantibus, illas confestim eodem loco pangere; et observatum est, sub cuiusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse. Ergo novissimo Neronis anno et silva omnis exaruit radicitus, et quidquid ibi gallinarum erat interiit; ac subinde tacta de caelo Caesarum aede, capita omnibus simul statuis deciderunt, Augusti etiam sceptrum e manibus excussum est. § Plinio *Naturalis historia* XV, 136-137: Sunt et circa Divum Augustum eventa eius digna memoratu. Namque Liviae Drusillae, quae postea Augusta matrimonii nomen accepit, cum pacta esset illa Caesari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium inlaesam, intrepideque miranti accessit miraculum. Quoniam teneret in rostro laureum ramum onustum suis baccis, conservari alitem et subolem iussere haruspices ramumque eum seri ac rite custodiri: [137] quod factum est in villa Caesarum fluvio Tiberi inposita iuxta nonum lapidem Flaminiae viae, quae ob id vocatur Ad Gallinas, mireque silva provenit. Ex ea triumphans postea Caesar laurum in manu tenuit coronamque capite gessit, ac deinde imperatores Caesares cuncti. Traditusque mos est ramos quos tenuerunt serendi, et durant silvae nominibus suis discretas, fortassis ideo mutatis triumphalibus.

¹¹⁴¹ Alla voce ORFEO.

in terra aequae quam in aqua victus est, crocodili. in bipedibus aves. in carentibus pedibus, angues. in multipedibus attelabi¹¹⁴²: et ne longiores simus, in pluribus generibus aliis plura alia. Ob quae totam referre naturam credita fuerunt: et in religione ad placanda exorandaque numina gratiorem habere potestatem: Marcellus Virgilius, nimirum ex Saturnalibus Macrobianis 7. 16.¹¹⁴³ cuius verba superius retuli. Καὶ εἶπον εὔροι ἐν τῇ τριόδῳ ἐκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ὄν ἐκ καθαρσίου, Lucianus in dialogis mortuorum. id est, Sicubi comperiat in triviis¹¹⁴⁴ Hecates coenam iacentem. aut ex catharsio ovum.

Catharsium in Graecorum doctrina videtur purificatio quaedam dici. Morem quippe Athenis fuisse produnt, conciones expurgandi, atque theatra, et omnino quemlibet populi conventum. id vero minutis fiebat porcellis, quos nominabant catharsia. eiusmodi obibant munus, qui dicebantur a collustratione peristiarchi. Ova expiationibus apta monstrat Iuvenalis illud¹¹⁴⁵, Nisi se centum lustraverit ovis. Sed et in arte¹¹⁴⁶ Ovidius, ova haec lustralia indicat illis versibus: Et veniat quae lustret anus, lectumque locumque | Praeferat, et tremula, sulphur et ova manu. Eius autem ab recentioribus ratio promitur, quod ex animalium generibus adeo multiformibus, plurima {a}edantur ovis, quae velut media sint inter animal et non animal. proinde pergrata diis censuere veteres, Caelius{,}<.> In purgationibus praeterea notamus ova adhiberi solita, et sulphura, taedas, lauros et similia, ut

terrestri le lucertole, tra quelli di incerta classificazione e che trovano cibo sia sulla terra che in acqua, i cocodrilli. Gli uccelli tra i bipedi. I serpenti tra quelli senza zampe. Le locuste senz'ali* tra quelli con molte zampe: e per non dilungarci troppo, parecchi altri in parecchi altri generi. Per questi motivi le uova sono state ritenute capaci di riprodurre tutti gli esseri viventi: e che in campo religioso hanno un potere più favorevole nel placare e nel commuovere gli dei: Marcello Virgilio Adriani*, senz'altro dai *Saturnalia* VII,16 di Macrobio* le cui parole ho citato in precedenza. Καὶ εἶπον θεῖροι ἐν τῇ τριόδῳ ἡκατέως δεῖπνον κείμενον, ἢ ὄν ἐκ καθαρσίου, Luciano* in *Dialoghi dei morti*, cioè, Se da qualche parte trovasse nei trivi il pranzo di Ecate* che giace, oppure un uovo che proviene da un sacrificio di purificazione.

